

ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR

CAROLI A LINNÉ

SYSTEMA NATURAE

EX EDITIONE DUODECIMA
IN

EPITOMEN

REDACTUM
ET PRAELECTIONIBUS ACADEMICIS
ACCOMMODATUM
A

IOHANNE BECKMANNO
PROFESSORE OECONOMIAE ORDIN.
SOCIETAT. SCIENT. GOTTINGEN. ACADEM. NAT. CVRIOS.
ET ACADEM. SCIENT. NORVEGIAE SODALI.



TOMUS I.
REGNUM ANIMALE.

GOTTINGAE,
SVMTV VIDVAE VANDENHOECK. MDCCLXXII.



PRAEFATIO.

SYSTEMA NATVRAE illuſtris *Praeceptoris* nulla alia ratione hanc in *Epitomen* ſubſiciuis temporibus redigere auſus ſum, niſi vt iis, qui Hiſtoriae naturali, vnde in vtiliſſimas doctrinas, rem medicam et oeconomiam maxima proficiſcuntur emolumenta, operam daturi ſunt, inſeruirem. Quam ob rem ipſam nullus dubito, quin et ipſe AVCTOR illuſtris, qui per totam vitam, quam feliciſſimam, longiſſimam eſſe Deus iubeat! hocce ſtudium fouit, ſtabiliuit, ornauit, et bonus quisque, naturae cognitioni qui fauet, hanc *Epitomen* aequi bonique conſulat.

Cum maius editionis Holmienſis, quae nec ipſa in omnibus Germaniae bibliopoliis proſtat, pretium, tum

)(2

gna eius moles, ingensque rerum naturalium, quas *Praeceptoris* diligentia ad genera ac ſpecies reduxit atque poſteritati annumerauit, copia, qua tirones cumulantur ac obruuntur, tardarunt quodammodo eorum diligentiam, qui hiſtoria naturali imbui volebant. Hi vtantur hac *Epitome* commodiori, donec ſatis hoc in ſtudio verſati vltimos imperii naturae terminos contingere eosque extendere velint.

Reſecui ſynonyma ſpecierum earumque varietates, ac obſeruationes in *Syſtemate* ipſo interſperſas; reſecui ſpecies, quarum vſus vel nullus adhuc, vel nec magnus, nec vulgaris, easque quae minus frequentes nec inſigniores ſunt; itemque genera ſi qua ſunt, quorum ſpecies omnes minus notabiles videbantur.

Recepi e contrario in *Epitomen* 1. prolegomena regno et claſſi cuique praefixa ſine vlla mutatione et mutilatione; 2. cunctos generum cuiusue claſſis catalogos cum characteribus contractis; 3. ſpecies omnes, quarum vſus in Medicina vel in Oeconomia vel arte quacunque conſtat; quae in muſeis plerumque tanquam rariora naturae cimelia ſeruantur; quae ob rem qualemcunque ſingularem memorabiliores videbantur. Maximum etiam earum rerum naturalium numerum recepi, quae *Germaniae* indigenae ſunt, atque propterea facile colligi poſſunt ab iis, qui harum collatione cum characteribus doctrina augeri volunt. Plantas in primis *Germaniae* plurimas, *Goettingenſis* quidem *Florae* facile omnes recepi. Has e catalogis, quos ediderunt Ill. HALLERVS, ZINNIVS, MVRRAY et

WEIS,

Weis, (*a*) excerptas asterisco notaui, quod iis, qui in Academia nostra Botanicae operam nauant, commodum, nec vel exteris ingratum fore existimaui.

Numeros generum ac specierum e *Systemate* seruaui vbique eosdem; quin etiam in catalogo generum, classi cuique praefixo, specierum numerum omni generi adscripsi, vt constaret, quot sint species cuique subiectae.

Nihil quidquam mutaui, nec vel illa, quae Virum illustrem aliquando, admonitum iam a doctis, mutaturum esse, certus scio. Religio mihi est, quo minus emendare conarer librum, quem lima, qua iam splendescit, subinde persequitur ipse Auctor indefessus. Debui alioquin emendandi rationes afferre, et librum distendere, quem contrahere volebam.

Adieci nomina Germanica, quae sermone trita sunt, non noua, nec expolita. Neque enim ea scripsimus hominibus nostris, qui Latinarum litterarum rudes, naturae cognitione imbui cupiunt. Horum inopiam leuarunt C. F. Dieterich et Planer. (*b*).

Cum

(*a*) F. G. Weis *Plantae cryptogamicae Florae Gottingensis Gottingae* 1770. 8. quo libro non facile carebit, qui plantas istas cognitu difficillimas noscere cupit.

(*b*) Libros dico, quorum notitiam dedi in Physikalisch-ökonomisch. Bibliothek I. S. 473. et II. S. 442. et 357.

PRAEFATIO.

Cum nominum nouitas, quae multa eſt in omni arte et doctrina, cuius vſus vulgaris communisque non eſt, tirones nimium diu morari ſolet, e re fore putaui, *Terminologiam hiſtoriae naturalis*, i. e. nominum definitiones et explicationes ſeparatim edere. Proſtat iam in officina Vandenhoeckiana *Terminologia conchyliologiae*, quam primo quoque tempore excipient partes reliquae.

Scrib. GOTTINGAE,
a. d. 28. *April.* CIↃ IↃ CCLXXII.

1572

JOHANNES BECKMANN.

INDEX.



IMPERIVM

NATVRAE.

DEVM *ſempiternum*, *immenſum*, *omniſcium*, *omnipotentem*, expergefactus a tergo tranſeuntem vidi et obſtupui! Legi aliquot Eius veſtigia per creata rerum, in quibus omnibus, etiam in minimis vt fere nullis, quae Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obſeruaui *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terreſtribus, *Terreſtria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcuſſo volvi circa Solem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Aſtris*, ſyſtemaque *Siderum*, ſpatio et numero non definiendum, mediante motu in vacuo nihilo ſuſpenſum teneri ab incomprehenſibili *Mouente primo*, ENTE ENTIVM (a), *Cauſſa cauſſarum*, *Cuſtode Rectoreque vniuerſi*, *mundani huius operis Domino et Artifice*. *Vis illud* FATVM *vocare*, *non errabis*, *eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia*. *Vis illud* NATVRAM *vocare*, *non errabis*, *eſt ex quo nata ſunt omnia*. *Vis illud* PROVIDENTIAM *vocare*, *recte dices*, *eſt cuius conſilio mundus actus ſuos explicat* (b); *Totus eſt* SENSVS, *totus* VISVS, *totus* AVDITVS, *totus* ANIMAE, *totus*

(a) *Ariſtoteli.* (b) *Senec. quaeſt. II. 45. hoc reſpectu, ſed caute, ne effectus ſumatur pro cauſſa.*

totus ANIMI, *totus* SVI; *Huius* EXTERA *indagare non capit humanae coniectura mentis* (c); NVMEN *esse credi par est, aeternum, immensum, neque genitum, neque creatum* (d). *Hoc sine quo nihil est, quod totum hoc fundauit et condidit, quodque oculos nostros et implet et effugit, cogitatione tantum visendum est; in sanctiore enim secessu Maiestas tanta delituit, nec vlli dat aditum nisi animo* (e).

MVNDVS complectitur omnia sub Ioue, quae in notitiam nostram per sensus cadere possunt; sunt haec *Astra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; *horum inoffensam velocitatem procedere videmus aeterno legis imperio, nec esse temere errantis hunc ordinem, neque quae temere coiverunt tanta arte pendere, vt terrarum grauissimum pondus sedeat* (quasi, *immotum, et circum se properantis coeli fugam spectet* (f).

ASTRA sunt remotissima corpora lucida, quae gyrantur motu perpetuo; sunt haec aut SIDERA, propria luce radiantia, vt *Sol*, remotioresque *Stellae fixae*; aut PLANETAE, a sideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Iupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; secundarii obsecundantes Planetis, vt *Luna* Telluri, aliique; *nec posse sine Custode tantum opus stare, nec hunc siderum discursum fortuiti impetus esse, nam quae casus incitat saepe turbari, et cito arietare debent* (g).

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, atmosphaeram Planetarum constituentia, spatia inter Astra forte replentia.

IGNIS	*lucidus*,	*resiliens*,	*calidus*,	*evolans*,	*vivificans*.
AER	*pellucidus*,	*elasticus*,	*siccus*,	*obvolans*,	*generans*.
AQVA	*diaphana*,	*fluida*,	*humida*,	*tranans*,	*concipiens*.
TERRA	*opaca*,	*fixa*,	*frigida*,	*quiescens*.	*sterilis*.

Sic tota huius Mundi concordia ex discordibus constat (h).

TELLVS est globus planetarius, horis 24 rotatus; circa solem quotannis in orbem actus, *Elementorum* atmosphaera

(c) *Exod. XX. 4.* (d) *Plin. Nat. II. 1. 7.* (e) *Senec. VII. 31.* (f) *Senec. I. 1.* (g) *Senec.* (h) *Helmontii desinitio.*

ra obuelatus, rerum *Naturalium* ſtupendo cortice tectus, cuius cognoſcendae ſuperficiei ſtudemus. Globus hic terraqueus eſt, cuius depreſſiorem partem Aquae inundant, et *Mare* lente coarctandum; elatiorem vero aquae fugiunt ſenſim dilatandam in *Continentem* ſiccam habitabilem. Haec Aquarum halitu, vi Aeris in *nubes* acto, irroratur, ut ſummi montes perennique nive Alpini. *Scaturigines* in *Fluvios* perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terreſtri cibo addant in alimentum incolarum, dum *Venti* motum excitant *Ignis* calore viuificatis corporibus. ***Omnium Elementorum alterni recurſus ſunt; quidquid alteri perit, in alterum tranſit; alternae ſunt vices rerum*** (i).

NATVRA lex immutabilis Dei, qua res eſt id, quod eſt, et agit, quod agere iuſſa eſt (*Helmont.*); Haec opifex rerum, ſui iuris, docta a nullo edocta, ſaltus non facit; clam operatur; quod commodiſſimum in omnibus ſuis operationibus ſequitur; nihil fruſtra nihilque ſuperuacaneum agit; dat ſingulis ſingula; et omnibus omnia; conſuetudinem ſolam ardet. ***Omnia adiuvabunt Naturam, vt Naturae opera peragantur*** (k).

NATVRALIA ſunt corpora cuncta Creatoris manu compoſita, Tellurem conſtituentia, in REGNA NATVRAE tria diuiſa, quorum limites concurrunt in Zoophytis.

LAPIDES corpora *congeſta*, nec viua, nec ſentientia.
VEGETABILIA corp. *organiſata* et *viua*, non ſentientia.
ANIMALIA corp. *organiſata* et *viua*, et *ſentientia*, ſponteque ſe mouentia.

Non ad unam Natura formam opus ſuum praeſtat, ſed in ipſa varietate ſe iactat (l). ***Ideoque ex aliis alias reparat natura figuras, non vno contenta tenore valet, ſed immutatas gaudet habere vires.***

REGNA Naturae, Planetam Telluris conſtituentia, ideoque tria ſunt.

LAPIDEVM rude inhabitat interiora; a Salibus in Terris generatur, temere miſcetur; caſu modificatur.

VE-

(i) *Senec. III. 10.* (k) *Senec. III. 29.* (l) *Senec. VII. 27.*

VEGETABILE virens fuperficiem veftit, Radiculis bibulis terrena haurit; Foliis obuolitantibus aetherea refpirat; calida metamorphofi declaratur in feftiuales Nuptias, generantes difpergenda intra praefcriptas ftationes Semina.

ANIMALE fentiens exteriora ornat; voluntarie mouetur; refpirat; oua generat; pellitur irata Fame, laeta Venere, moeftoque Dolore; praedando coercet Vegetabilia Popularesque, ut omnium proportio perennet.

HOMO fapiens, creatorum operum perfectiffimum, vltimum et fummum, in Telluris cortice, Maieftatis Diuinae ftupendis indiciis obtecto, conftitutus, fecundum fenfus iudicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conferuationem multiplicandam videt *Naturam*; ad vtrumque invitant Pulchritudo, Mechanifmus, Nexus, Fines, Commoda. Hic omnipotentia Diuina nobilitat Terras in Vegetabilia; Vegetabilia in Animalia; haec demum in Hominem, qui fapientiae radios reflectet verfus Maieftatem radiantem duplicata luce. Sic *totus Mundus gloria diuina plenus eft* (m). *dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem* (n), qui ex inerti humo, Dei manu viuificata, contemplatur auctoris Maieftatem ex fine creationis, dignus hofpes conftitutus, Summi Entis praeco. *Haec contemplatio Naturae euadit voluptatis coeleftis veftibulum, cuius particeps Animus in luce obambulat, et tanquam in terreftri coelo vitam degit* (o); *Nec pietas aduerfus Deum, nec quanta huic gratia debeatur, fine explicatione naturae intelligi poteft; Homo enim ortus eft ad contemplandum Deum, et Naturae contemplatio eft ad Dei admirationem proxima et apertiffima via* (p).

SA-

(m) *Efa. VI. 4.* (n) *David CXVIII.* (o) *Act. Holm.*

(p) *Cicero.* At mortuo Marco Aurelio milites creabantur imperatores, qui proprium nomen vix exarare nouerant, doctosque pro pigris habebant; literis relictis folis Monachis intra fua clauftra, hi naturae contemplationem nauci faciebant, dein vt inperfcrutabilem adfpernabantur, mox eius cultores vti magos perfequebantur, a quo tempore verbum Dei naturale et reuelatum contraria iudicabantur, quo errore etiamnum multi excoecari fancta fimplicitate titubant. Subm. act. nidr. 1763.

SAPIENTIA diuinae particula aurae, summum est attributum Hominis Sapientis, haec iuste iudicat de iis, quae sensus sistunt; hi vero sistunt res mere naturales circumstantes. Primus tum Sapientiae gradus est res ipsas nosse. Notitia consistit in vera *Idea* obiectorum, qua similia a dissimilibus distinguuntur *Notis* propriis, a Creatore rebus inscriptis; hanc notitiam, vt cum aliis communicet, *Nomina* propria non confundenda, singulis diuersis imponat; Nomina enim, si pereunt, perit et rerum cognitio. Haec literae elementaque erunt, quibus destitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla descriptio, quamuis accurate tradita, certum demonstret; sed plerumque fallat* (q).

METHODVS, anima scientiae, indigitat, primo intuitu, quodcunque Corpus naturale, vt hoc corpus dicat proprium suum Nomen, et hoc nomen quaecunque de nominato corpore beneficio seculi innotuere, vt sic in summa confusione rerum apparenti, summus conspiciatur Naturae ordo. Systema apte quinquies tantum subdiuiditur: sic

Classis,	*Ordo,*	*Genus,*	*Species,*	*Varietas.*
Gen. summ.	*G. intermed.*	*G. proxim.*	*Species,*	*Indiuiduum.*
Prouinciae,	*Territoria,*	*Paroecias,*	*Pagi,*	*Domicil.*
Legiones,	*Cohortes,*	*Manipuli,*	*Contubern.*	*Miles.*

Nisi enim in ordines redigantur, et veluti in castrorum acies distribuantur, tumultu et fluctuatione omnia perturbari necesse est (r).

NOMINA respondeant Methodo systematicae; sint itaque Nomina *Classium, Ordinum, Gener. Specier. Varietatum.* Character *Classium, Ordinum, Gener. Specier. Varietatumque.*

Differentiae; nam nomina nosse oportet, qui rem scire velit, *confusis enim nominibus, omnia confundi necesse est* (r).

Primi itaque hominis actio, in aurea ista aetate, erat inspectio Creaturarum et, secundum Genera, impositio Nominum Specierum.

(q) *Caesalpinus.* (r) *Caesalpinus.*

SCIENTIA Naturae innititur Cognitioni Naturalium Methodicae, et Nomenclaturae Syſtematicae tanquam filo ariadneo, ſecundum quod Naturae maeandros vnice tutoque permeare liceat; in his *Claſſis* et *Ordo* eſt Sapientiae, *Genus* et *Species* Naturae opus; omnis vero cognitio eſt *Specialis*, ſolida autem *Generalis*.

Ordo alius ſtruentis eſt, alius inhabitantis. Creator incepit a ſimpliciſſimis elementis terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia, in Hominem deſiit. Homo autem incipiat a ſe ipſo, deſinat in Terram. Auctor Syſtematis a particularibus ad vniuerſalia adſcendat; Doctor vero contra a generalibus ad ſpecialia deſcendat. Fontes enim concurrunt in riuos, hi in fluuios; adſcendat autem nauta quousque poterit, nec tamen fontium vltimas origines attigerit. Data diſtincta rerum cognitione, vlterius penetrandum in ſpecialiſſimas Proprietates, Phaenomena, Myſteria Dotes, Vires, Vſus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum ſit omnis Diaetae, Medicinae, Oeconomiae tam priuatae, quam ipſius naturae. *Felices agricolae bona ſi ſua norint!*

Omnes res creatae ſunt diuinae ſapientiae et potentiae teſtes, diuitiae felicitatis humanae; ex harum uſu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conſeruatione*, *Proportione*, *Renouatione*, potentia *Maieſtatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus ſibi relictis ſemper aeſtimata; a vere eruditis et ſapientibus ſemper exculta, male doctis et barbaris ſemper inimica fuit.

Narrabo mirabilia Tua, DOMINE,
et virtutem Terribilium Tuorum dicant generationes.

Dauid.

RE-

REGNVM ANIMALE.

ANIMALIA organifatione viua, animato Medullari *fentiunt*, Neruis *percipiunt*, faepe ex arbitrio *mouent* motu poffibili.

VITA animalis Machinae hydraulicae perpetui mobilis, e Medulla a primordio continuata flagrat veftalis ignis flammula aethereo-electrica, fpiraculis fuftentanda, in qua incomprehenfibilis arbitraria voluntas motrix refidet.

VIVENTIA fingula, in multiplicatione prodiga Natura, ordiiur a minimis, generat in fluido, incipit in oui liquido, cum *omne viuum ex ouo.*

OVVM intra *Tunicas*, faepe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cuius lateri emergenti infertum *Punctum* faliens, *vegetans* in Embryorem, *caulefcentem* Funiculo vmbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem viuum compendium *medullare* noui animalis fuique fimillimi, carinam malpighianam dictum, tanquam plumulam vegetabilium; hoc ex genitura pollinifera *Cor* adfociat ramificandum in corpus; Punctum enim faliens Oui incubantis Auis oftendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, ceffans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aerea, fenfim dilatata, liquores fecundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viuentibus eft tantum a prima creatione continuata medullaris vitae ramificatio, cum ouum fit gemma medullaris matris a primordio viua, licet non fua ante proprium Cor paternum; fic *Generatio aequiuoca nulla.*

MACHINA Animalis hydraulica, conformis Vegetabili, fed verticalis et Facultatum *officinis* concamerata, varie in diuerfis modificata.

MEDVLLARIS intima, mollufca, e *Bulbo* bafeos cerebrofo elongata *Caule* fimpliciffimo, apice per fe infinite progreffiuo, emittens ad totum *fila* nervea fimpliciffima, fibi homogenea.

INTERANEA crusta induranda, priorem vestiens, e *Tubere* cranii elongata in *Caulem* vertebrarum, articulatum geniculis mobilibus, opposite artubus ramosum, cui insident *Folia* muscularia, determinate sparsa, apice proximo articulo etiam affixa, fibroso-carnosa, contractilia.

CORTICALIS extima, Radicata interius vasis lacteis, e *Bulbo* Cordis elongata in *Caulem* vasculosum duplicem paremque, similiter ramosum, infinite ramulosum, e cuius vltima dichotomia *Fructificatio* genitalium.

FACVLTATVM camerae intra machinam animalem sunt V.

1. ANIMALIS medullaris, electrico motoria, suprema, officina τȣ θεiȣ istius viuentis, clam agentis, volentis sentientisque, intraque balbum organisatum ratiocinantis, se pandens, per fila electrica totum gubernat, regit.

2. VITALIS pulmonum, pneumatica, secunda, aeris electricum vitale haurit pro flammula animali.

3. NATVRALIS Vasorum, hydraulica, tertia, e cordis perpetuo mobili, reciproce recipit propellitque per totum succos addendos auferendosue, ne vnquam deficiant,

4. ALIMENTARIS intestinorum, digestiua, quarta, praeparat intra tubum intestinalem succos aptos pro vasis lacteis, deferendos ad vitalem corticem et vltra.

5. GENIALIS spermatica, combinatoria, infima, ex vltimo trunci animalis naturalisque, coadunat Medullarem cum Corticali, vt inde distincta promanet machinula animalis.

ORGANA sensuum machinae sunt physicae, insertae extremitati nerui, sensorio cerebri proximi, quibus diuina arte percipit Animal remota.

OCVLVS: *Camera obscura*, imaginem proportione, figura, colore depingens.

AVRIS; *Tympanum* membranae corda tensae super cochleam, a motu aetheris tremens.

NASVS: *Membrana* latissima, humida, contortuplicata, aeris perreptantis volatilia figens.

LINGVA: *Spongiolae* bibulae, ſparſae, humido ſolutum attrahentes.

TACTVS: *Papillae* molluſculae, figuram impreſſam breui aſſumentes.

His gaudent plurima Animalia, ſed non omnia. Plura, ſi Creatori addere placuiſſet, plura percepiſſent; uti Magnete praeſentiam ferri, Electro electricitatis phaenomena. *Antennas* inſectis ſolis conceſſit, nobis aeque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex aethere appropinquantia, percipit *Tactus* ex vnione ſolida praeſentia; examinat *Naſus* volatilia neruis, *Lingua* ſolubilia fibris, aſſumenda: ſ. Grata conceſſa ſalutaria, ſ. Ingrata vetita noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

GAVDIVM	puerile,	ſanguineum,	rubrum,	oleoſum,
	ſpongioſ.	tepidum,	libere pulſans,	anhelans,
	ridens,	tranſpirans,	promtum,	*Vita.*
METVS	iuuenilis,	phlegmatic.	palleſcens,	aquoſus,
	laxus,	horrens,	debile pulſans,	dyſpnoicus,
	ſuffocans,	cacans,	tremens,	*Morbus.*
IRA	virilis,	cholerica,	lutea,	ſpirituoſa,
	ſtricta,	feruens,	dure pulſans,	aſthmatica,
	ſtertens,	micturiens,	agitans,	*Medicina.*
MOERQR	ſenilis,	melancholic.	ater,	acidus,
	rigidus,	frigidus,	tarde pulſans,	orthopnoic.
	ſuſpirans,	obſtipans,	quieſcens,	*Mors.*

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiſſa luget.

POLITIA Naturae manifeſtatur ex tribus Naturae regnis ſimul: quemadmodum enim Imperantium cauſſa Populi non ſunt nati, ſed ſubditorum ordini ſeruando Imperantes conſtituti, ita Vegetabilium cauſſa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carniuora, et ex his Maiora ob parua, Homo (qua animal) ob maxima et ſingula, ſeſe vero praecipue, ſaeua mercede conducta tyrannidem exercent, vt Proportio cum nitore Reipublicae Naturae perennet. Viciſſim ſinguli ciues conſpirant in Maieſtatem Hominis rationalis imperantis, cuius eſt ſummum Reipublicae auctorem agnoſcere. *Amoenit. acad.* 6. p. 17.

RESPVBLICA Naturae, tanquam Aqua e Fontibus in Riuulos Amnes Fluuios ad Mare tranans, e numerosissima *Plebe* in pauciores *Nobiles*, paucissimosque *Magnates* ad *Imperantem* adscendit, dum Animalia minima, numero vi potentiaque facile infinita, in usum cedant maioribus inertioribus praestantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota sit.

MINISTRI Politiae, propriis muniis praefixi, tot sunt, quot animalium *Species*, singuli ad officia proprio commodo allecti, quum ex labore sustentationem suam reportent, ne quidquam deficiat, vbi nihil superuacaneum. Ne autem alter alterius negotiis sese immisceat, simulque lucrum alteri praeripiat, sub poena capitali sancita *Lex veneni*, ipsis sensibus, *Olfactus* imprimis et *Gustus*, inscripta, ne transgressores excusabiles euaderent.

OPERATIONES Naturae incolarum praecipuae sunt:

1. *Multiplicare* Speciem, ut negotiis sufficiant.
2. *Aequilibrium* inter Species Animalium et Vegetabilium seruare, vt proportio perennet.

   Detondere quotannis Vegetabilia, vt renouetur annuum theatrum.

   Coercere erronea, ne expellantur legitima.

   Auferre languida, mortua, immunda, conspurcata, stagnantia, acida et putrida, vt niter aulae fulgeat.
3. *Vindicare* se ipsos ab interitu, ne vacet administratio.

OECONOMIA Naturae versatur circa rerum *Generationem*, *Conseruationem*, *Destructionem*, vt opus Creatoris illibatum persistat, ad quod tota conspirat Natura.

Generata calido sanguine, pro educatione, aliorum cura opus habent; cumque Creator non remunerandus primi indiuidui curam gessit, depositum hoc transeat linea descendenti ad natos, qui id parenti non reddunt.

Conseruatio quotidiano alimento, sed late disperso, adeoque impigre quaerendo; sic Fames dispergit per orbem ea, quae Venus conuocat.

Destructio vnius sit alterius reparatio, cum deficientibus cadaueribus laborioso venatu sustentabitur vita; sic Rapina rerum

rerum omnium eſt, quam armis, munimentis, motu diverſimodo, halituque eludant viuaciora, dum languida ſuccumbant, et vegetiora in motu feſtinent, vt opus naturae perenni flore rideat.

IMPVLSORES Naturae etiam praefixi ad munia promte peragenda:

Venus blanda ad Multiplicationem conuocat irritatque,

Fames auara ad Conſeruationem diſpergit ſollicitatque,

Dolor atrox ad Deſtructionem concitat repellitque, neque hi ſine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna ſtructura indicatur

COR biloculare, biauritum *Sanguine* calido, rubro	viuiparis	*Mammalibus.*
	ouiparis	*Auibus.*
COR uniloculare, uniauritum *Sanguine* frigido, rubro	pulmone arbitrario	*Amphibiis.*
	branchiis externis	*Piſcibus.*
COR uniloculare, inauritum *Sanie* frigida, albida	antennatis	*Inſectis.*
	tentaculatis	*Vermibus.*

I. MAMMALIA

Cor biloculare, biauritum; *Sanguine* calido rubro (*).

Pulmones reſpirantes reciproce.

Maxillae incumbentes, tectae: *Dentibus* intruſis plerisque.

Peuis intrans viuiparas, lactiferas.

Senſus: Lingua, Nares, Oculi, Aures, Papillae.

Tegmenta: Pili, pauci indicis, pauciſſimi aquaticis.

Fulcra: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, *in quibus pedes poſteriores in caudae pinnam Compedes.* Cauda *plerisque.*

II. AVES.

(*) In omnibus animalibus, quibus ſanguis non calet, ventriculus cordis eſt vnicus. BOERH. l. c. p. 117. 191. miratus itaque, quod 2 ventriculos cordis Crocodilo HASSELQVIST itiner. 293.

II. AVES.

Cor biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro.
Pulmones refpirantes reciproce.
Maxillae incumbentes, nudae, exfertae, edentulae.
Penis fubintrans absque fcroto ouiparas crufta calcarea.
Senfus: Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.
Tegmenta: Pennae incumbentes, imbricatae.
Fulcra: Pedes bini. Alae binae. *Vropygium* cordatum.

III. AMPHIBIA.

Cor vniloculare, vniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.
Pulmones fpirantes arbitrarie.
Maxillae incumbentes.
Penes bini. Oua plerisque membranacea.
Senfus: Lingua, Nares, Oculi, Aures variis.
Tegmenta cutacea, nuda.
Fulcra varia variis, quibusdam nulla.

IV. PISCES.

Cor vniloculare, vniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.
Branchiae extus comprimendae.
Maxillae incumbentes.
Penes nulli. Oua absque albumine.
Senfus: Lingua, Nares? Oculi, (non Aures).
Tegmenta: Squamae imbricatae.
Fulcra: Pinnae natatoriae.

V. INSECTA.

Cor vniloculare, inauritum; *Sanie* frigida.
Spiracula: Pori laterales corporis.

Ma-

Maxillae laterales.

Penes intrantes.

Senſus: Lingua, Oculi, Antennae in capite absque cerebro. (non Aures, Nares).

Tegmenta: cataphracta cute oſſea ſuſtentante.

Fulcra: Pedes, quibusdam Alae.

VI. VERMES.

Cor vniloculare, inauritum; *Sanie* frigida.

Spiracula obſcura.

Maxillae multifariae, variae variis.

Penes varii Hermaphroditis Androgynis.

Senſus: Tentacula (Caput nullum, vix Oculi, non Aures, Nares).

Tegmenta calcarea, aut nulla, niſi Spinae.

Fulcra: nulli Pedes aut Pinnae.



VIVARIVM Naturae ſic alit VIplicis formae Animalia:

Mammalia	piloſa,	in *Terra*,	gradiuntur,	loquentia.
Aues	plumoſae,	in *Aere*,	volitant,	cantantes.
Amphibia	tunicata,	in *Calore*,	ſerpunt,	ſibilantia.
Piſces	ſquamati,	in *Aqua*,	natant,	poppyzantes.
Inſecta	cataphracta,	in *Sicco*,	exſiliunt,	tinnitantia.
Vermes	excoriati,	in *Humido*,	panduntur,	obmuteſcentes.

CLAS-



CLASSIS I.

MAMMALIA.

Balatu Pecorum et crebris Mugitibus amnes
Arentesque ſonant ripae collesque ſupini.

VIRGIL. III. 554.

MAMMALIA *haec et nulla alia mammata* Animalia, ex ſtructura, viſceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiscum Continentem inhabitant, tanquam inter hoſtes atrociſſimos, dum maxima pauca *Pinnata* intra Pelagum ſe ſubducunt.

VESTITVS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, molliſſimis, diſtinctis, iniuriae minus obnoxiis, iisque fertilioribus in frigidis, quam aeſtuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (Erinaceo, Hyſtricibus), aculei explanati in *Squamas* (Mani), ſquamae coadunatae in *Scutum* (Daſypis); at pilorum vellus ſaepe diſtinctum *Suturis* (Cani, Equo), quae elongatae in *Iubam* (Equo, Sui); ſed Aquatica *nuda* euaſere, ne madefierent, niſi in terram exire aliquando neceſſe habeant. Praeterea Facies ſaepe *Verrucis* ſetiferis, Labia *Vibriſſis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiae, Caprae) et Pedes Pectusque *Callis*, (Equo, Camelo,) non raro notata ſunt.

FVLCRA, motus inſtrumenta, pro expeditiori fuga in euitando hoſtem, aut aſſequendo praedam; TERRESTRIBVS ſunt *Pedes IV*, quorum anteriores *Palmis* inſtruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice diuiſae (Primatibus, Didelphibus); Poſteriores autem *Plantis*, vt validius properarent, et hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, vt natarent, vel *Fiſſi* digitis ſeparatis, vt facilius currerent, aut *Talis* innixi, vt firmius perſiſterent (Homini, Vrſo); Ne vero fuga detererentur inter aſpera, vel denſo vellere manicati (Lepori timido, Vulpi Lagopo, Bradypis), vel VNGVLATI *vngulis* tanquam calceolo digitum veſtientibus (Belluis, Pecoribus), quibus ſaepe etiam Tali *ſuccenturiatis* incluſi; at vero ferociora magis VNGVICVLATA

TA *vnguibus* digito superimpositis aristata armataque, vt praedam apprehenderent, aduersarium lacerarent, terramque foderent; his vngues plerisque subulati, arcuati; paucis manuleatis ouales, complanati; at vero rapaciores Ferae *vnguibus* armatae subulatis; sed *Volantia* vel manibus elongatis palmatisque aera scandunt (Vespertiliones), vel membrana inter palmas plantasque expandenda velificant (Lemur, Sciurus, Mus). Aliter AQVATICA, vnguibus vngulisque destituta s. *mutica*, quorum brachia intra latus retracta, et femora postice coadunata plantis in Pinnam horizontalem (Cetis).

ARMA Mammalium praeter dictos *Vngues*, nominandosque *Dentes*, inprimis *Cornua* cartilaginea capiti inserta sunt; haec vel solida *perennia* (Rhinoceroti), vel *ramosa* annua, primumque pilosa apiceque crescentia (Ceruis, vel *caua* vaginantia basique crescentia (Bobus, Capris, Ouibus), quibus aduersarium occursant, penetrant, verberant; sic eludunt hostem varie vel dimicando, mordendo, lacerando, calcitrando, feriendo, vel currendo, subsiliendo, scandendo, fodiendo, vrinando, natando, volitando, vel foedendo, clamando, terrefaciendo.

CIBARIA instrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* saepe compressi Incisores pro euellendo, rodendo, conscindendo, *Laniarii* conici longiores absque antagonista occursante pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, et hi obtusi phytiphagis, acutiores carniuoris; ac *edentula* solae Myrmecophagae et Manes euasere.

VMBRACVLVM est *cauda*, e vertebris dorsi multiplicatis postice elongata, qua turpissimae absconduntur partes; haec paucis *nulla* (Homini, Simiis, et Muribus nonnullis), *abbreuiata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpae, Erinaceo), *elongata* ad pedum longitudinem, et vltra (Canibus, Muribus &c.); harum singulae vel *Nudae* (Muribus), vel *Prehensiles* conuoluendae proque quinta manu inseruientes (Simiis, Hystrici, Didelphibus), vel *Comosae* longis setis (Equis, Bobus), vel *Floccosae* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri iaculo), vel *Distichae* vtrinque pilosae (Sciuris, Myrmecophagae).

CVSTODES Animalium *Sensus* sunt pro conseruatione indiuidui:

Au-

Auriculae, exceptis aquaticis, pro Auditu praestantiore: rotundatae, ouatae, acutae, acuminatae, fissae, erectae, pendulae.

Oculi Pupilla orbiculari diurnis, lineari expandenda vel perpendiculari vel transuersali nocturnis. *Membrana nictitans* paucis. *Palpebrae* mobiles omnibus; vtraeque ciliatae (Homini Simiisque), superiore tantum ciliata reliquis plerisque.

Nasus compressus, simus, resimus, aut bifidus, labiis breuior (Simiis), paulo longior (Feris plerisque) aut elongatus in *Proboscidem* (Elephanti); Nares ovatae, aut orbiculatae.

Lingua simplex plerisque, denticulato - ciliata (Canibus), supra aculeata (Felibus), filiformis (Manibus, Myrmecophagis), bifida (Phocis). *Labium superius* lacunosum plerisque, bifidum (Gliribus).

GENITALIVM curiosior indagatio abominabilis displicet, quamuis varia et singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen posset ad ordines naturales viam monstrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, vbi Mares dimicant inter se, quo valentiores polleant pro sobole viuaciore, ineuntes feminas viuiparas foetum intra se excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremue aetatem. *Polygama* autem nonnullis, vbi Mas gynaeceum ex pluribus feminis sibi associatis defendit (Phocae); paucissimis vero *Monogamia* est, dum Mas et Femina indiuidui socii curam gerunt foetus (Simiae nonnulae, Lemur, Vespertiliones, Erinaceus).

MAMMAE lactantes Feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinato pares. *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* simul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digestae (Suibus aliisque), at saepius binae pro singulo foetu ordinario.

VSVS: coluntur varia inprimis Pecora ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* vero Equus, Camelus, Elephas; instituuntur Ferae variae pro *venatu*, *muribus*, *serpentibus*; Viuariis asseruantur rariora.

AV-

AVCTORES praecedentis saeculi GESNERVS, ALDROVANDVS, *Jonstonus*, praesentis RAJUS, BRISSON, *Houttinus*; Scientia ex ouo ordienda secundum cuiuscunque Mammalis Descriptionem; Diaetam, Oeconomiam, vt ex historia fines Creatoris eruantur; vide exempla de Cane domestico, Cervo Tarando, Mure Porcello, Sue Scrofa, Oue Ariete in *Amoen. Acad.* proposita.

ORDINES imprimis a dentibus desumuntur:

MAMMALIA:	Vnguiculata. *Dentes*	Primores *nulli vtrinque*	BRVTA.	2.
		Primores *incisores* 2, Laniarii 0.	GLIRES.	4.
		Primores *incisores* 4, Laniarii 1.	PRIMATES.	1.
		Primores *conici* (6,2,10) Laniarii 1.	FERAE.	3.
	Vngulata. *Dentes*	Primores *Superiores et infer.*	BELLVAE.	6.
		Primores *Superiores nulli*	PECORA.	5.
	Mutica.	Dentes *varii in variis*	CETE.	7.

I. PRIMATES.

Dentes primores incisores: superiores IV. *paralleli.* Laniarii *solitarii.*
Mammae *pectorales, binae.*
Pedes *Manus sunt*; Vngues *complanati, ouales.*
Brachia *diducta clauiculis, incessu tetrapodo valgo.*
Victus *incidendo fructus, scandendo lectos.*

II. BRVTA.

Dentes primores *nulli superius aut inferius.*
Pedes *vnguibus validis.*
Incessus *ineptior.*
Victus *comprimendo.*

III. FERAE.

Dentes primores conici, *vtrinque saepius VI.* Laniarii *longiores.*
Molares *cuspidato-conici (non truncati).*
Pedes *vnguiculati* Vnguibus *subulatis.*
Victus *lacerando cadauera rapinasque animalium.*

IV. GLIRES.

Dentes primores incisores 2. *superius inferiusque.* Laniarii *nulli.*
Pedes *vnguiculati, cursu salientes.*
Victus *rodendo cortices, radices, vegetabilia, &c.*

V. PECORA.

Dentes primores *inferiores incisores plures; superiores nulli.*

 Pedes

Pedes *vngulati*, *biſulci.*
Victus *euellendo plantas ruminandas.*
Ventriculi 4: Rumen *macerans*, *ruminans*; Reticulum *cancellatum*, *recipiens*; Omaſus *multiplicatus*, *conſumens*; Abomaſus *faſciatus*, *aceſcens Coagulo pro ſebo*, *vt minus alcaleſcant.*

VI. BELLVAE.
Dentes primores *obtuſi.*
Pedes *vngulati.*
Inceſſus *grauis.*
Victus *extrahendo vegetabilia.*

VII. CETE.
Pedum *loco Pinnae pectorales*, *et caudae loco Pedes compedes in pinnam (plagiura) planam.* Vngues *nulli.*
Dentes *cartilaginei.* Naſus *frontis ſaepe fiſtula.*
Victus *e Molluſcis*, *Piſcibus.*
Locus *pelagicus.*
Hos a Piſcibus diuulſos iuſſi Mammalibus aſſociari ob Cor biloculare calidum, Pulmones reſpirantes, Palpebras mobiles, Aures cauas, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturae iure merito que.

CHARACTERES MAMMALIVM:

I. PRIMATES.
1. HOMO. *Noſce te ipſum.* [2]
2. Simia. *Dentes laniarii, hinc remoti.* [33]
3. Lemur. *Dentes primores inferiores 6.* [5]
4. Veſpertilio. *Manus palmato-volatiles.* [6]

II. BRVTA.
5. Elephas. *Dentes laniarii et molares; Naſus proboſcide elongatus* [1]
6. Trichechus. *Dentes laniarii ſuperiores; molares ex oſſe rugoſo. Pedes compedes.* [2]
7. Bradypus. *Dentes molares primo longiore, abſque laniariis primoribusue. Corpus piloſum.* [2]
8. Myrmecophaga. *Dentes nulli. Corpus piloſum.* [4]
9. Manis. *Dentes nulli. Corpus ſquamatum.* [2]
10. Daſypus. *Molares abſque laniariis primoribusue. Corpus cataphractum.* [6]

III. FERAE.

11. Phoca. *Dentes primores superiores 6; inferiores 4.* [3]

12. Canis. *Dentes primores 6, 6: superiores intermedii lobati.* [9+1]

13. Felis. *Dentes primores 6, 6: inferiores aequales. Lingua aculeata.* [7]

14. Viuerra. *Dentes primores 6, 6: inferiores intermedii breuiores.* [6]

15. Mustela. *Dentes primores 6, 6: inferiores conferti: duobus alternis interioribus.* [11]

16. Vrsus. *Dentes primores 6, 6: superiores excauati. Penis osse flexuoso* [4]

17. Didelphis. *Dentes primores superiores 10; inferiores 8.* [5]

18. Talpa. *Dentes primores superiores 6; inferiores 8.* [2]

19. Sorex. *Dentes primores superiores 2; inferiores 4.* [5]

20. Erinaceus. *Dentes primores superiores 2; inferiores 2.* [3]

IV. GLIRES.

21. Hystrix. *Corpus Spinis tectum.* [4]

22. Lepus. *Dentes primores superiores duplicati.* [4]

23. Castor. *Dentes primores superiores angulo recto excauati.* [3]

24. Mus. *Dentes primores superiores subulati.* [21+1]

25. Sciurus. *Dentes primores superiores cuneati; inferiores compressi.* [11]

26. Noctilio. *Dentes primores inferiores bilobi. Manus palmato-volatiles.* [1]

[26. b.] Cauia. *Dentes primores inferiores quatuor.* [1]
Vid. Systema nat. T. 3. p. 223.

V. PECORA.

27. Camelus. *Ecornis. Dentes laniarii plures.* [4]

28. Moschus. *Ecornis. Dentes laniarii solitarii: superiorib. exsertis.* [3]

29. Cervus. *Cornua solida, ramosa, decidua. Dent. lan.* o. [7]

30. Capra. *Cornua tubulosa erecta. Dent. lan.* o. [12]

31. Ouis. *Cornua tubulosa reclinata. Dent. lan.* o. [3]

32. Bos. *Cornua tubulosa porrecta.* *Dent. lan.* o.
[6]

VI. BELLVAE.

33. Equus. *Dentes primores superiores* 6; *inferiores* 6.
[3]
34. Hippopotamus. *Dentes primores superiores* 6; *inferiores*. 4.
[1]
35. Sus. *Dentes primores superiores* 4; *inferiores* 6.
[5 + 1]
36. Rhinoceros. *Dentes primores superiores* 2; *inferiores* 2.
[1]

VII. CETE.

37. Monodon. *Dentes in maxilla superiore* 2. *protensi.* [1]
38. Balaena. *Dentes in maxilla superiore, cornei.* [4]
39. Physeter. *Dentes in maxilla tantum inferiore.* [4]
40. Delphinus. *Dentes in maxilla utraque.* [3]



I. PRIMATES.

Dentes Primores incisores: superiores IV. paralleli.

Mammae pectorales II.

I. HOMO. Nosce te ipsum.

Sapiens. 1. H. diurnus; *varians cultura, loco.*
Ferus. Tetrapus, mutus, hirsutus.
Americanus α. rufus, cholericus, rectus.
Pilis nigris, rectis, crassis; *Naribus* patulis; *Facie* ephelitica; *Mento* subimberbi.
Pertinax, contentus, liber.
Pingit se lineis daedaleis rubris.
Regitur consuetudine.

Europaeus β. albus, sanguineus, torosus.
Pilis flauescentibus prolixis. *Oculis* caeruleis.
Leuis, argutus, inventor.
Tegitur Vestimentis arctis.
Regitur Ritibus.

Asiaticus γ. luridus, melancholicus, rigidus.
Pilis nigricantibus. *Oculis* fuscis.

Se-

Seuerus, faſtuoſus, avarus.
Tegitur Indumentis laxis.
Regitur Opinionibus.

Afer. δ. niger, phlegmaticus, laxus.
Pilis atris, contortuplicatis. *Cute* holoſericea, *Naſo* ſimo. *Labiis* tumidis. *Feminis* ſinus pudoris; *Mammae* lactantes prolixae.
Vafer, ſegnis, negligens.
Vngit ſe pingui.
Regitur Arbitrio.

Monſtroſus. ε. ſolo (a) et arte (b, c,) variat:
a. *Alpini* parui, agiles, timidi.
Patagonici magni, ſegnes.
b. *Monorchides* vt minus fertiles: Hottentotti.
Junceae puellae abdomine attenuato; Europaeae.
c. *Macrocephali* capite conico: Chinenſes.
Plagiocephali capite antice compreſſo: Canadenſes.

Habitat intra Tropicos *Palmis Lotophagus.*
Hoſpitatur extra Tropicos *ſub nouercante Cerere, carnivorus.*

DESCRIPTIO: CORPVS erectum, nudum, Pilis raris remotiſſimis aſperſum, ſubſexpedale.

CAPVT obouatum: *Pileus* longius piloſus: *Sincipite* obtuſo, *Vertice* obtuſiſſimo, *Occipite* gibboſo.

Facies nuda: *Frons* planiuſcula, quadrata, *Temporibus* compreſſa, angulis ſinu intra Pileum adſcendens. *Supercilia* prominula pilis extrorſum in ſuturam imbricatis, interſtincta *Glabella* paniuſcula. *Palpebra ſuperior* mobilis, *inferior* quieta; vtraque *Ciliis* exſtantibus ſubrecuruatis pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbiculata abſque membrana nictitante. *Genae* gibbae, molliuſculae, coloratae. *Malae* compreſſiuſculae. *Buccae* laxiores. *Naſus* prominens, labio breuior, compreſſus, apice altior gibboſiorque: *Naribus* ouatis, intus hirtis, margine craſſiuſculo. *Labium ſuperius* ſubperpendiculare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiuſculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtuſum, gibboſum. *Os* maribus ſetis barbatum, imprimis mentum ſetis faſciculatum. *Dentes* vtrinque *Primores* inciſores, ere-

erecti, paralleli, approximati. *Laniarii* solitarii, paulo longiores, vtrinque reliquis approximati: *Molares* quini, obtusiusculi. *Aures* laterales: *Auriculae* rotundato-lunatae, appressiusculae, nudae, supra margine fornicatae; infra gibbosae, molles.

TRVNCVS constans Collo, Thorace, Dorso, Abdomine:

Collum teretiusculum, capite breuius; *Ceruicis Nucha* concaua; *Gula* supra concaua, medio subtus gibba.

Thorax antice posticeque depressiusculus: *Pectus* planiusculum, *Jugulo* excauato, *Axillis* concauis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammae* duae, pectorales, distantes, gibbae, rotundatae: *Papilla* cylindrica, obtusa, rugosa, areola cincta.

Dorsum Tergo planiusculo; *Humeris* exstantibus, *Interscapulio* depresso.

Abdomen gibbum, laxum: *Vmbilico* excauato, *Epigastrio* planiore, *Hypogastrio* gibbosiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiusculo-concauis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exserta: *Pene* cylindrico, *Scroto* subrotundo, rugoso cute laxa, *sutura* longitudinali per *Perinaeum* excurrente; f. *Vulva* gibba, compressiuscula, *clitoride*, *nymphisque* instructa. *Cauda* exserta nulla.

ARTVS ex *Manibus* loco pedum anteriorum, et *Pedibus* posterioribus.

Manuum *Armi* diuaricati, crassiusculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuso-prominulus. *Vlna* crassitie armorum, teres, introrsum planior. *Palmae* rotundatae, dilatatae, planae, extus conuexae; *Vola* concaua; *Digiti* V: *Pollex* remotus, breuior, crassior. Digiti 2, 3, 4, 5. approximati, horum 5. minor reliquis, dein 2, 4, sed 3. paulo longior, medium femoris attingens. *Vngues* omnibus rotundati, obouati, plano-conuexi, *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *Lumbis* musculosis, *Natibus* gibbis, carnosis, *Genubus* antrorsum versis, obtusissimis, poplitibus subtus concauis. *Crura* longitudine femorum, postice musculoso-ventricosa, inferne angustiora, antice macra. *Calcanei Talis* insistentes, prominuli, gibbi; *Malleolis* lateralibus, oppo-

oppositis, hemisphaericis, duriusculis. *Plantae* oblongae, supra conuexiusculae, subtus planae, transverse concauae. *Digiti* V: omnes incurui, subtus gibbi, approximati. *Pollex* crassior, breuior; 2, 3 subaequales, 4, 5 decrescentes; vltimo minimo. *Vngues* vt in Manibus omnes.

Differt itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at piloso Capite, Superciliis, Ciliisque, maturis Pube, Axillis. Mammae 2. pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Vuula; Facies abdomini parallela, nuda: Naso prominente, compresso, breuiore; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis insistentes. Mares mento barbato; Feminae imberbi.

Troglodytes. 2. H. nocturnus.
Habitat in Aethiopiae *conterminis (Plin.)*, *in* Iauae, Amboinae, Ternateae *speluncis*, *in monte Ophir* Malaccae.

2. SIMIA. *Dentes Primores* vtrimque IV, approximati.
Laniarii solitarii, longiores, hinc remoti.
Molares obtusi.

* *Cauda nulla:* Simiae *veterum.* Waldteufel.

Satyrus. 1. S. ecaudata ferruginea, lacertorum pilis reuersis, natibus tectis.
Habitat in Oriente.

Syluanus. 5. S. ecaudata, natibus caluis, capite subrotundo.
Habitat in Africa, Zeylona.

** *Cauda abbreuiata:* Papiones. Paviane.

Sphinx. 6. S. semicaudata, ore vibrissato, vnguibus acuminatis, natibus caluis.
Habitat in Borneo.

*** *Cauda* ~~abbreuiata~~ *elongata.* Cercopitheci. Meerkatzen.

Mai-

Simia quam similis turpissima bestia nobis, *Ennius:* quod Simiae Mammae, Vuula, Vterus, Cilia, Musculi loquelae, Vngues Hominis sunt; an vllis Rete mirabile, Clitoris, Nymphae; *Mirum adeo parum differre stultissimam Simiam a sapientissimo homine, vt iste geodaetes naturae etiamnum quaerendus, qui hos limitet.*

Notae primariae Simiarum sunt Cauda recta s. prehensilis; Nates calvae s. tectae; Vngues rotundati s. subulati; Mentum barbatum s. imberbe.

Maimon. 7. S. semicaudata subbarbata, genis caeruleis striatis, natibus caluis.
Habitat in Zeylona.

Belzebul. 12. S. caudata barbata nigra, cauda prehensili extremo pedibusque brunneis.
Habitat in Brasilia.

Cynocephalus. 16. S. caudata imberbis flauescens, ore producto, cauda recta, natibus caluis.
Habitat in Africa.

Diana. 17. S. caudata barbata, fronte barbaque fastigiata.
Habitat in Guinea.

Iacchus. 24. S. caudata, auribus villosis patulis, cauda hirsutissima curuata, vnguibus subulatis: pollicum rotundatis.
Habitat in America.

Sciurea. 31. S. caudata imberbis, occipite prominulo, vnguibus quatuor plantarum subulatis, natibus tectis.
Habitat in India.

3. LEMVR. *Dentes Primores* superiores IV: intermediis remotis.
Inferiores VI, longiores, porrecti, compressi, paralleli, approximati.
Laniarii solitarii, approximati.
Molares plures, sublobati: antici longiores acutiores.

tardigradus. 1. L. ecaudatus.
Habitat in Zeylona.

Catta. 4. L. caudatus, cauda albo nigroque annulata.
Habitat in Madagascar.

5. L. caudatus, membrana ambiente volitans.
Habitat in Asia.

4. VESPERTILIO. *Dentes* omnes erecti, acuminati, approximati: primores quatuor aequales.
Manus palmatae volitantes membrana corpus cingente.

Vam-

Vampyrus. 1. V. ecaudatus, naso simplici, membrana inter femora diuisa. Fliegende Hund.
Habitat in Asia.

Spectrum. 2. V. ecaudatus, naso infundibuliformi lanceolato.
Habitat in America *australi.*

perspicillatus. 3. V. ecaudatus, naso foliato plano acuminato.
Habitat in America. *An femina sequentis?*

Spasma. 4. V. ecaudatus, naso foliato obcordato.
Habitat in Asia.

auritus. 5. V. caudatus, naso oreque simplici. auriculis duplicatis capite maioribus. Fledermaus.
Habitat in Europa.

murinus. 6. V. caudatus, naso oreque simplici, auriculis capite minoribus.
Habitat in Europa.

II. BRVTA.

Dentes Primores nulli vtrinque.

5. ELEPHAS. *Dentes Primores* nulli vtrimque.
Laniarii superiores eblongati.
Proboscis longissimus, prehensilis.
Corpus nudiusculum.

maximus. 1. Elephas. Elephant.
Habitat in Zeylonae, Africae *paludosis ad amnes.*

6. TRICHECHVS. *Dentes Primores* nulli vtrimque.
Laniarii superiores solitarii.
Molares ex osse rugoso vtrinque; inferius duo.
Labia geminata.
Pedes posteriores compedes coadunati in pinnam.

Rosmarus. 1. T. dentibus laniariis superioribus exsertis. Wallroß.
Habitat intra polum arcticum *Europae*, *Asiae*, *Americae*.

Manatus. 2. T. dentibus laniariis inclusis. Seekuh.
Habitat in mari Americano, Asiatico, ad Ostia fluuiorum.

7. BRADYPVS. *Dentes Primores* nulli vtrimque.
Faulthier. *Laniarii?* obtusi, solitarii, molaribus longiores, occursantes.
Molares vtrimque V, obtusi.
Corpus pilis tectum.

tridactylus. 1. B. pedibus tridactylis, cauda breui.
Habitat in Americae *meridionalis arboribus*.

didactylus. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla.
Habitat in Zeylona.

8. MYRMECOPHAGA. *Dentes* nulli.
Ameisenfreßer. *Lingua* teres, extensilis.
Os angustatum in rostrum.
Corpus pilis tectum.

didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis, cauda villosa.
Habitat in America australi.

tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis, cauda villosa.
Habitat in India orientali.

jubata. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda iubata.
In Brasilia, Cap. b. spei.

tetradactyla. 4. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda calua.
Habitat in America meridionali.

9. MANIS. *Dentes* nulli.
Teufelchen. *Lingua* teres, extensilis.
Os angustatum in rostrum.
Corpus squamis tectum.

vni-

pentadactyla. 1. M. pedibus pentadactylis.
Habitat in India orientali.

tetradactyla. 2. M. pedibus tetradactylis.
Habitat in America australi.

10. DASYPVS. *Dentes* molares plures, absque primoribus, absque laniariis.
Panzerthier. *Corpus* cataphractum testa ossea, zonis intersecta.

vnicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis.
Habitat in Africa.

tricinctus. 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis.
Habitat in India orientali.

nouemcinctus. 6. D. cingulis nouem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Habitat in America meridionali.

III. FERAE.

Dentes Primores superiores sex, acutiusculi.
Canini solitarii.

11. PHOCA. *Dentes Primores* superiores VI, paralleli: exteriores maiores.
Inferiores IV, paralleli, distincti, aequales, obtusiusculi.
Laniarii I. superiores ab incisoribus, inferiores a molaribus remoti.
Molares V. f. VI, tricuspidati.
Auriculae nullae.
Pedes postici coaliti.

vrsina. 1. P. capite auriculato. Seebär.
Habitat in Camtschatcae *maritimis inter* Asiam *et* Americam *proximam*, *primario in insula* Beringii.

leoni-

leonina. 2. P. capite antice criftato. Seelöw.
Habitat ad polum Antarcticum.

vitulina. 3. P. capite laeui inauriculato. Seekalb. Seehund. Robbe.
Habitat in mari Europaeo.

12. CANIS. *Dentes Primores* fuperiores VI: laterales longiores diftantes: intermedii lobati.
Inferiores VI: laterales lobati.
Laniarii folitarii, incuruati.
Molares VI. f. VII. (pluresue quam in reliquis).

familiaris. 1. C. cauda (finiftrorfum) recuruata. Hund.
domeftic. *a.* auriculis erectis, cauda fubtus lanata.
fagax. *b.* auriculis pendulis, digito fpurio ad tibias pofticas.
graius. *c.* magnitudine Lupi, trunco curuato, roftro attenuato.
Moloffus. *d.* magnitudine Lupi, labiis ad latera pendulis, corpore torofo.
aquaticus. *e.* pilo crifpo longo, inftar ouis.
meliteus. *f.* magnitudine Sciuri.
fricator. *g.* nafo refimo, auribus pendulis, corpore quadrato.
vertagus. *h.* pedibus curuatis, trunco longo faepius variegato.
auicular. *i.* cauda truncata.
extrarius. *k.* auriculis longis lanatis pendulis.
aegyptius. *l.* nudus absque pilis.
Habitat faepius cum Homine paffim, etiam fpontaneus euafit.

Lupus. 2. C. cauda incuruata. Wolf.
Habitat in Europae *filuis, etiam frigidioribus.*

Hyaena. 3. C. cauda recta annulata, pilis ceruicis erectis, auriculis nudis, palmis tetradactylis.
Habitat in India, Africa.

Vulpes. 4. C. cauda recta: apice albo. Fuchs.
In Europa, Afia, Africa.

aureus. 7. C. *Lupus aureus dictus.* Adill.
Habitat in Oriente. *Defcriptio genuina etiamnum deeft.*

me-

mexicanus. 8. C. cauda deflexa laeui, corpore cinereo fasciis fuſcis maculisque fuluis variegato.
Habitat in Mexico.

13. FELIS. *Dentes Primores* aequales.
Molares terni.
Lingua retrorſum aculeata.
Vngues retractiles.

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore heluolo. Löwe.
Habitat in Africa.

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis. Tiger.
Habitat in Aſia.

Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. Parder.
Habitat in Indiis.

Onca. 4. F. cauda mediocri, corpore flaueſcente ocellis nigris rotundato-angulatis medio flauis.
Habitat in America *meridionali.*

Pardalis. 5. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus virgatis; inferioribus orbiculatis.
Habitat in America.

Catus. 6. F. cauda elongata fuſco annulata, corpore faſciis nigricantibus; dorſalibus longitudinalibus tribus; lateralibus ſpiralibus. Katze.
Habitat in Europae auſtralis *ſiluis.*

Lynx. 7. F. cauda abbreuiata: apice atra, auriculis apice barbatis. Luchs.
Habitat in Europae et Canadae *ſiluis et deſertis.*

14. VIVERRA. *Dentes Primores* VI: intermediis breuioribus.
Molares plures quam tres.
Lingua retrorſum ſaepe aculeata.
Vngues exſerti.

Ichneumon. 1. V. cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata, pollicibus remotiuſculis.

Ich-

b. Ichneumon indicus. *Edw. av. t.* 199.
Habitat in Aegypto *ad ripas* Nili, *et in* India *primario.*

Nasua. 3. V. rufa, cauda albo annulata.
Habitat in America.

Putorius. 4. V. fusca lineis quatuor dorsalibus parallelis albidis.
Habitat in America *septentrionali.*

Zibetha. 5. V. cauda annulata, dorso cinereo nigroque vndatim striato. Zibetthier.
Habitat in Indiis, China, Mexico.

Genetta. 6. V. cauda annulata, corpore fuluo-nigricante maculato. †
Habitat in Oriente *iuxta riuos*, Hispania.

15. MVSTELA. *Dentes Primores* superiores VI, erecti, acutiores, distincti. Inferiores VI obtusiores conferti: duo interiores. *Lingua* laeuis.

Lutris. 1. M. plantis palmatis pilosa, cauda corpore quadruplo breuiore. Meerotter.
Habitat in Asia et America *septentrionali.*

Lutra. 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breuiore. Flußotter.
Habitat in Europae *aquis dulcibus, fluuiis, stagnis, piscinis, non in mari.*

Lutreola. 3. M. plantis palmatis hirsutis, digitis aequalibus, ore albo.
In Finlandiae *aquosis.*

Gulo. 5. M. pedibus fissis, corpore rufo-fusco, medio dorsi nigro. Vielfraß.
Habitat in alpibus Lapponiae, Russiae, Sibiriae, *siluis vastissimis.*

Martes. 6. M. pedibus fissis, corpore fuluo nigricante, gula pallida. Marter.
Habitat in siluis Europae *antiquis.*

Puto-

Putorius. 7. M. pedibus fiffis, corpore flauo nigricante, ore auriculisque albis. Iltis.
Habitat inter Europae *rupes et lapidum aceruos.*

Furo. 8. M. pedibus fiffis, oculis rubicundis. †
In Africa.

Zibellina. 9. M. pedibus fiffis, corpore obfcure fuluo, fronte exalbida, gutture cinereo. †. Zobel.
Habitat in Afia *feptentrionali*, Tataria, Sibiria.

Erminea. 10. M. pedibus fiffis, caudae apice atro Wiefel.
b. Muftela candida f. Ermineum Raj. quadr. 198. Hermelin.
Habitat in Europa et Afia *frigidiore.*

niualis. 11. M. pedibus fiffis, corpore albo, caudae apice vix pilis vllis nigris. Schneemaus.
Habitat in Weftrobothnia.

15. VRSVS. *Dentes Primores* fuperiores VI, intus excauati alterni.
Inferiores VI: laterales 2. longiores lobati; fecundarii bafi interiores.
Laniarii folitarii, conici.
Molares V. f. VI: primo laniariis approximato.
Lingua laeuis.
Membrana nictitans. Nafus prominens.
Penis fcatens offe curuato.

Arctos. 1. U. cauda abrupta. Bär.
Habitat in Europae *frigidae uliginofis filuaticis.*
Urfus maritimus albus maior, arcticus. Martens Spitzb. 73. t. O. f. C. forte diftincta fpecies eft.

Meles. 2. U. cauda concolore, corpore fupra cinereo, fubtus nigro, fafcia longitudinali per oculos auresque nigra. Dachs.
Habitat in Europae *inter rimas rupium et lapidum in filuis.*

Lo-

Lotor. 3. U. cauda annulata, fascia per oculos transuersali, nigra.
Habitat in Americae *maritimis.*

luscus. 4. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, rostro fusco, fronte plagaque laterali corporis.
Habitat ad sinum Hudsonis.

17. DIDELPHIS. *Dentes Primores* superiores X. Inferiores VIII: intermediis 2. breuissimis.
Beutelthier. *Laniarii* longi.
Philander. *Molares* denticulati.
Lingua subciliata.
Folliculus abdominalis mammarum.

marsupialis. 1. D. mammis 8 intra abdomen.
In America.

Philander. 2. D. cauda basi pilosa, auriculis pendulis, mammis quaternis.
In America.

Opossum. 3. D. cauda semipilosa, superciliorum regione pallidiore, mammis binis.
Habitat in America.

murina. 4. D. cauda semipilosa, mammis senis.
Habitat in Asia *et* America. *An pullus praecedentis?*

dorsigera. 5. D. cauda basi pilosa corpore longiore, digitis manuum muticis. †
Habitat in America.

18. TALPA. *Dentes Primores* superiores VI; inferiores VIII.
Laniarii maior I; minores IV.

europaea. 1. T. caudata, pedibus pentadactylis. Maulwurf.
Habitat in Europae *apricis humosis.*

asiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis. †

19. SO-

19. SOREX. *Dentes Primores* superiores II. bifidi.
Spitzmaus. Inferiores IV: intermediis breuioribus.
Laniarii vtrimque plures.

minutus. 4. S. rostro longissimo, cauda nulla.
Habitat in Sibiria.

araneus. 5. S. cauda mediocri, corpore subtus albido.
Habitat in Europae *cryptis fimis.*

20. ERINACEVS. *Dentes Primores* superiores II. distantes; inferiores II. minus distantes.
Schweinigel.
Laniarii vtrimque 2, recumbentes.

europaeus. 1. E. auriculis rotundatis, naribus cristatis.

IV. GLIRES.

Dentes Primores bini supra et infra approximati, a molaribus remoti.
Laniarii nulli.

21. HYSTRIX. *Dentes Primores* II oblique scissi. (*Raj.*)
Stachelschwein.
Molares octo.
Corpus spinis tectum.

cristata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite cristato, cauda abbreuiata.
Habitat in Asia *et* Africa.

prehensilis. 2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehensili seminuda.
Habitat in Asia, America *meridionali.*

dorsata. 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda mediocri, dorso solo spinoso.
Habitat in Canada.

macroura. 4. H. pedibus pentadactylis, cauda longiſſima: aculeis clauatis.
Habitat in Aſia.

22. LEPVS. *Dentes Primores* II: ſuperiores duplicati: interioribus minoribus.

timidus. 1. L. cauda abbreuiata, auriculis apice nigris. Haſe.
Habitat in Europa.

Cuniculus. 2. L. cauda abbreuiata, auriculis nudatis. Kaninchen.
Habitat in Europa *auſtrali*.

braſilienſis. 3. L. cauda nulla.
Habitat in America *meridionali*.

23. CASTOR. *Dentes Primores* ſuperiores truncati, angulo transuerſo excauati; inferiores apice transuerſi.

Cauda depreſſa.

Fiber. 1. C. cauda ouata plana. Caſtor, Biber.
Habitat in Europae, Aſiae, Americae *borealibus ad ripas fluviorum lacuumque*.

moſchatus. 2. C. cauda longa compreſſo-lanceolata, pedibus palmatis. Biberratze.
Habitat in Ruſſiae *aquoſis*.

zibethicus. 3. C. cauda longa compreſſo-lanceolata, pedibus fiſſis.
Habitat in Canada.

24. MVS. *Dentes Primores* inferiores ſubulati.

Porcellus 1. M. cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. Meerſchweinchen.
Habitat in Braſilia.

Aguti. 2. M. cauda abbreuiata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis, abdomine flaueſcente.
Habitat in Braſilia, Surinamo, Gujania.

Cis-

Citellus. 4. M. cauda abbreuiata, corpore cinereo, auriculis nullis.
Habitat in Austria, Bohemia, Polonia, *sub terras*

Lemmus. 5. M. cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis, corpore fuluo nigro-vario. Norwegische Ratte.
Habitat in alpibus Lapponicis *sub tuberibus terrae.*

Paca. 6. M. cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis, lateribus flauescenti-lineatis.
Habitat in Brasilia, Gujania.

Marmota. 7. M. cauda abbreuiata subpilosa, auriculis rotundatis, buccis gibbis. Murmelthier.
Habitat in alpibus Helveticis, Tridentinis.

Cricetus. 9. M. cauda mediocri, auriculis rotundatis, corpore subtus nigro, lateribus rufescentibus maculis tribus albis. Hamster.
Habitat in Germania.

terrestris. 10. M. cauda mediocri subpilosa, palmis subtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere breuioribus. Erdmaus.
Habitat in Europae *terra et aqua.*

amphibius. 11. M. cauda elongata pilosa, plantis palmatis. Wasserratte.
Habitat in Europae, Africae *fossis, ripis, piscinis.*

Rattus. 12. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis pentadactylis. Ratte.
Habitat in domibus Europae.

Musculus. 13. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico. Hausmaus.
Habitat in domibus Europae.

Auellanarius. 14. M. cauda elongata pilosa, corpore rufo, gula albicante, pollicibus posticis muticis. Schatmaus.
Habitat in Europae *siluis.*

quercinus. 15. M. elongata pilosa, macula nigra sub oculis.
Habitat in Europa *australi.*

gregarius. 16. M. cauda corpore triplo breuiore subpilosa, corpore griseo subtus pedibusque albis.
Habitat in Germania, Suecia.

filuaticus. 17. M. cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griseo pilis nigris, abdomine albido. Waldmaus.
Habitat in hortis et filuis Europae.

longipes. 19. M. cauda elongata vestita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longissimis.
Habitat in torridis regionibus.

Iaculus. 20. M. cauda elongata floccosa, palmis subpentadactylis, femoribus longissimis, brachiis breuissimis.
Habitat in Arabia, Calmukia, Aegypto.

volans. 21. M. cauda elongata villosa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, hypochondriis extensis volitans.
Habitat in Virginia, Mexico.

25. SCIVRVS. *Dentes Primores* II: Superiores cuneati;
Inferiores compressi.

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. Eichhörnchen.
Habitat in Europae *arboribus.*

niger. 2. S. niger.
Habitat in America *meridionali*, Mexico.

cinereus. 3. S. virginianus cinereus maior. *Raj. quadr.* 215.
In America *septemtrionali.*

palmarum. 5. S. subgriseus striis tribus flauicantibus, caudaque albo nigroque lineata.
Habitat in America, Asia, Africa.

getulus. 6. S. fuscus, striis quatuor albidis longitudinalibus.
In Africa.

striatus. 7. S. flavus striis quinque fuscis longitudinalibus.
Habitat in America *septemtrionali*, Sibiria, *sub terra.*

Glis. 8. S. canus, subtus albidus.
Habitat in Europa *australi.*

volans. 10. S. hypochondriis prolixis volitans, cauda rotundata. Fliegendes-Eichhörnchen.
In borealibus Europae, Asiae, Americae.

26. No-

26. NOCTILIO. *Dentes Primores* II: superiores acuti;
Inferiores lobati.
Nares prominulae, cylindricae, approximatae.

americanus. 1. N. labio inferiore varicoso.
Habitat in America.

V. PECORA.

Dentes Primores superiores nulli.
Inferiores VI *aut* VIII, *a molaribus remotissimi.*
Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

27. CAMELVS. *Cornua* nulla.
Dentes Primores inferiores VI, spatiformes.
Laniarii distantes: superiores III, inferiores II.
Labium superius fissum.

Dromedarius. 1. C. topho dorsi vnico.
Habitat in Africae *desertis arenosis siticulosis.*

bactrianus. 2. C. tophis dorsi duobus.
Habitat in Africa.

Glama. 3. C. corpore laevi, topho pectorali.
Habitat in America *meridionali.*

28. Mo-

Pecoribus *ventriculi* 4: Rumen, Reticulum, Omasum, Abomasum, ideoque Ruminantia phytiphaga et Sebifera; *vngulata* etiam sunt, vti sues, vnguibus calceïformibus propriis geminis, praeter posticas 2 succenturiatas. *Aegagropila* his frequens a pilis deglutitis. Horum dentata dentibus laniariis carent cornibus, et cornuta carent laniariis, at mihi cranium Capreoli cornutum cum laniariis.

Pacos. 4. C. tophis nullis, corpore lanato. Vigogne.
Habitat in America *meridionali.*

28. MOSCHVS. *Cornua* nulla.
Dentes laniarii superiores solitarii exserti.

moschiferus. 1. M. folliculo vmbilicali. Moschusthier.
Habitat in Tataria *versus Chinam.*

Grimmia. 2. M. capite fasciculo tophoso.
Habitat in Africa.

Pygmaeus. 3. M. pedibus humano digito angustioribus.
Habitat in Asia, Guinea.
Cornua, *quae pro huius venditantur, si erronea, forte species Moschi erit secundum Brissonum.*

29. CERVVS. *Cornua* solida, tenera, corio hirto tecta apiceque crescentia, denudata, annua.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli (interdum solitarii superius.)

Camelopardalis. 1. C. cornibus simplicissimis, pedibus anticis longissimis. Giraffe. Cameelparder.
Habitat in Aethiopia *et* Sennar.

Alces. 2. C. cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. Elend.
Habitat in borealibus Europae, Americae, Asiaeque *populetis.*

Elaphus. 3. C. cornibus ramosis totis teretibus recuruatis. Hirsch.
In Europa *et* Asia.

Tarandus. 4. C. cornibus ramosis recurvatis teretibus: summitatibus palmatis. Rennthier.
Habitat in alpibus Europae, Asiae, Americae *maxime septemtrionalibus.*

Dama. 5. C. cornibus ramosis recurvatis compressis: summitate palmata. Damhirsch.
Habitat in Europa.

Capre-

Capreolus. 6. C. cornibus ramosis teretibus erectis: summitate bifida. Das Reh.
Habitat in Europa, Asia.
Confr. Mazame. *Hernand. mex.* 324. Cuguacu-&c. *Marcgr. bras.* 235.

30. CAPRA. *Cornua* concaua, sursum versa, erecta, scabra.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Hircus. 1. C. cornibus carinatis arcuatis, gula barbata. Ziege.
b. Capra angorensis.
Habitat in Oriente *in montosis; hospitatur in Europa.*

Ibex. 2. C. cornibus supra nodosis in dorsum reclinatis, gula barbata. Steinbock.
Habitat in Wallesiae *praeruptis inaccessis; in* Creta.

mambrica. 3. C. cornibus reclinatis, auribus pendulis, gula barbata.
Habitat in India.

Rupicapra. 4. C. cornibus erectis vncinatis. Gemse.
Habitat in alpibus Helueticis *summis inaccessis.*

depressa. 5. C. cornibus depressis incuruis minimis cranio incumbentibus, gula barbata. Zwergbock.
In America.

reuersa. 6. C. cornibus erectis apice recuruis.
In America.

Gazella. 7. C. cornibus teretibus rectissimis longissimis: basi annulatis. Gazelle.
Habitat in India.

Ceruicapra. 8. C. cornibus teretibus dimidiato-annulatis flexuosis contortis.
Habitat in India.

Angorensia *animalia: Capra, Ouis, Felis, Lepus, cur* lanata *pilis longioribus, tenerioribus, mollioribus?*

bezoartica. 9. C. cornibus teretibus arcuatis totis annulatis, gula barbata. Bezoarbock.
Habitat in Persia.

Dorcas. 10. C. cornibus teretibus perfecte annulatis recurvatis contortis.
Habitat in Africa, Mexico.

tatarica. 11. C. cornibus teretibus, rectiusculis perfecte annulatis apice diaphanis, gula imberbi.
Habitat in summa Asia.

Ammon. 12. C. cornibus arcuatis semicircularibus subtus planiusculis, palearibus laxis pilosis, gula imberbi.
Habitat in Sibiria.

31. OVIS. *Cornua* concaua, retrorsum versa, intorta, rugosa.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Aries. 1. O. cornibus compressis lunatis. Schaaf.
rustica. *b. cornuta.*
anglica. *a. mutica, cauda scrotoque ad genua vsque pendulis.*
hispanica. *c. cornuta, cornuum spira extrorsum tracta.*
polycerat. *d.* Polycerata *e Gotlandia.*
africana. *e.* africana, *pro lana pilis breuibus hirta.*
laticauda. *f.* arabica *platyura.*
Habitat in siccis apricis calidis Africae; *hospitatur in Europa.*

guineensis. 2. O. auribus pendulis, palearibus laxis pilosis, occipite prominente.
Habitat in Guinea.

Strepsiceros. 3. O. cornibus rectis carinatis flexuoso-spiralibus.
Habitat in Ida *monte, in* Hungaria *colitur.*

32. BOS. *Cornua* concaua, antrorsum versa, lunata, laeuia.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Tau-

Taurus. 1. B. cornibus teretibus extrorſum curuatis, palearibus laxis.
a. Bos. Stier
b. Vrus. Auerochſe.
Habitat in Poloniae *depreſſis graminoſis, ferus Vrus, hoſpitatur vbique.*

Bonaſus. 2. B. cornibus in ſe flexis, iuba longiſſima.
Habitat in Africa, Aſia.

Biſon. 3. B. cornibus diuaricatis, iuba longiſſima, dorſo gibboſo.
In Mexico, Florida.

grunniens. 4. B. cornibus teretibus extrorſum curuatis, vellere propendente, cauda vndique iubata.
In Aſia *boreali.*

Bubalis. 5. B. cornibus reſupinatis intortis antice planis. Büffel.
Habitat in Aſia, *cultus in* Italia.

VI. BELLVAE.

Dentes Primores obtuſe truncati.
Pedes vngulati.

33. EQVUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI erecto-paralleli.
Inferiores VI prominentiores.
Laniarii ſolitarii, incluſi, vtrinque remoti.
Pedes vngula indiuiſa.

Caballus. 1. E. cauda vndique ſetoſa. Pferd.
Habitat in Europa *et* Oriente; *hoſpitatur extra Tropicos.*

Aſinus. 2. E. cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra ſupra humeros. Eſel.
a. Onager, *Rai. quadr.* 53. *ſilueſtris eſt.* wilder Eſel.

b. Mulus, *ab equa et asino; sterilis.* Maulesel.
c. Hinnus, *ab asina et equo; sterilis.*
Habitat in Oriente.

Zebra. 3. E. fasciis fuscis versicolor.
In India, Africa.

34. HIPPOPOTAMVS. *Dentes Primores* superiores VI, per paria remoti.
Inferiores IV, prominentes: intermediis longioribus.
Laniarii solitarii, oblique truncati.
Pedes margine vnguiculati.

amphibius. 1. H. pedibus quadrilobis. Flußochse.
Habitat in Nilo *et* Bambolo Africae *et ad ostia fluviorum* Asiae.

35. SVS. *Dentes Primores* superiores IV, conuergentes.
Inferiores VI prominentes.
Laniarii superiores II breuiores.
Inferiores I, exserti.
Rostrum truncatum, prominens, mobile.

Scrofa. 1. S. dorso antice setoso, cauda pilosa. Schwein.
a. Aper. Rai. quadr. 96. wildes Schwein.
b. Sus. Rai. quadr. 92.
c. Sus chinensis. Chinesisches Schwein.
Habitat in Europa *australiore, hospitatur vbique.*
Varietas *frequens Vpsaliae Suis domestici semper monunguli, in caeteris eadem species.*

Porcus. 2. S. dorso postice setoso, cauda longitudine pedum, vmbilico cystifero.
Habitat in Africa.

Taiacu. 3. S. dorso cystifero, cauda nulla.
Habitat in Mexici, Panamae, Brasiliae *montibus, siluis.*

Hy-

Hydrochaeris. 4. S. plantis tridactylis, cauda nulla. *Habitat in* Surinamo.

Babyrussa. 5. S. dentibus duobus caninis fronti innatis. *Habitat in* Borneo *Indiae orientalis.*

aethiopicus. 6. S. sacculo molli sub oculis. *Syst. nat.* III. p. 223. *In* Africa *interiore.*

36. RHINOCEROS. *Dentes Primores* vtrimque II, remotissimi, obtusi.
Cornu solidum, conicum, naso insidens.

vnicornis. 1. Rhinoceros. Nashorn.
bicornis. *b.* R. cornibus duobus. *Habitat in* Africa, India.

VII. CETE.

Spiracula supra caput.

Pinnae pectorales caudalisque horizontalis absque vnguibus.

37. MONODON. *Dentes* duo in maxilla superiore exserti, praelongi, recti, spirales.
Fistula in vertice.

Monoceros. 1. Monodon. Einhorn. *Habitat in Oceano septentrionali* Americae, Europae.

38. BA-

Cetis quibusdam pinna dorsalis, omnibus pinna caudae et pectorales; nullis P, ani, aut ventrales, cum pedes in caudam coadunati.

38. BALAENA. *Dentium* loco in maxilla superiore laminae corneae.
Fistula duplex.

Mysticetus. 1. B. naribus flexuosis in medio capite, dorso impenni. Grönländischer Wallfisch.
Habitat in oceano Groenlandico.

Physalus. 2. B. fistula duplici in medio capite, dorso extremo pinna adiposa. Finnfisch.
Habitat in oceano Europaeo, Americano.

Boops. 3. B. fistula duplici in rostro, dorso extremo protuberantia cornea.
In oceano septentrionali.

Musculus. 4. B. fistula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore.
Habitat in mari Scotico.

39. PHYSETER. *Dentes* in maxilla inferiore.
Fistula in capite s. fronte.

Catodon. 1. P. dorso impinni, fistula in rostro. Weißfisch.
Habitat in oceano septentrionali.

macrocephalus. 2. P. dorso impinni, fistula in ceruice. Cachelot. Potfisch.
Habitat in oceano Europaeo.

microps. 3. P. dorso pinna longa, maxilla superiore longiore.
Habitat in oceano septentrionali.
(*Secundum obseruationem Ven.* Grunneri, Microps *est species generis* Delphini. *vid.* Acta Nidrosien. IV. p. 85. *interpretat. german.*)

Tursio. 4. P. dorsi pinna altissima, apice dentium plano.
In oceano septentrionali.

40. DELPHINVS. *Dentes* in maxilla vtraque.
Fistula in capite.

Phocaena. 1. D. corpore subconiformi, dorso lato, rostro subobtuso. Meerschwein.
In oceano Europaeo *et mari* Balthico.

Delphis. 2. D. corpore oblongo subtereti, rostro attenuato acuto. Delphin. Tümler.
Habitat in oceano Europaeo.

Orca. 3. D. rostro sursum repando, dentibus latis serratis.
In oceano Europaeo.

✠ ✠ ✠

CLAS-

CLASSIS II.

AVES.

Ipsi laetitia voces ad sidera mittunt
Intonsi montes, ipsae iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta.

VIRGIL. ecl. V. 62.

AEREAE vocales Volucres pulcherrimae, *Mandibulis protractis nudis*, *Corpore pennis* imbricato, *Alis duabus* pennatis volitantes *bipedes* dignoscuntur.

AVES leuissimae modici ponderis et magnitudinis, tectae pennis plumisque, destitutae *Auriculis*, *Labiis*, *Cauda*, *Scroto*, *Dentibus*, *Vtero*, *Epiglottide*, *Fornice*, *Corpore calloso*, *Diaphragmate*.

PENNAE auibus propriae imbricatim in quincuncem dispositae, interstinctae *Plumis*, distinctae a *Remigibus Rectricibusque*, omnes supra conuexae, subtus concauae: latere exteriore angustiores; interiore latiores; anteriore laxiores, posteriore strictiores; scilicet e baseos cylindro tubuloso, referto vase lymphaticis simili, *Rachi* elongatae, bifariam radiis parallelis approximatis distinctis itidem pinnatis ancipites.
Colore ludunt, sed variant aetate, sexu, tempestate, climate; constantiores *Remiges* et *Rectrices*, quae attente notandae (*).
Nuda cutis vtrinque ad colli latera a capite versus interscapulium; ab axillis per latera pectoris fere adinguina, et ad femora postica.

OVA his, animalibus communia numero diuersis vario, sed maiora pro mora exclusionis siccae, semper putamine calcareo obtecta, incubatu calido excludenda Parentis in *Nido* artificioso.

DIVIDITVR Auium corpus in *Caput*, *Truncum*, *Artus*.

CAPVT tegitur supra *Pileo* e *Vertice*, *Fronte*, *Occipiteque* vni-

(*) Act. Stockh. 1740. p. 370. t. 1. f. 10. 11.

vnitis, cingens rostrum antice *Capistro*, in quo *Lora* e lineis duabus nudis a rostro ad oculos ducta; *Orbitae* ambiunt oculos, supra quos *Supercilia*; inter oculos et aures *Tempora*; inter oculos vero et gulam *Genae* sunt. *Rostrum* in variis varium: *Rectum*, *Incuruum*, *Recurvatum*, *Teres*, *Compressum*, *Depressum*, *Conicum*, *Subulatum*, *Cylindricum*, *Angulatum*, *Cultratum*, *Fornicatum*, *Vncinatum*.

Mandibulae nudae, edentulae, quibusdam pone apicem *emarginatae*, paucis *serratae*, exporrectae in *Rostrum* corneum, *Naribus* pertusum, superioris basi quibusdam *Cera* nuda vestita, *Vibrissis* pectinatim ciliatis ad faucis exterioris margines.

Lingua carnosa, cartilaginea, emarginata, lacera, pennacea, ciliata, integra s. acuta.

Oculi laterales *Palpebris*, *Membranaque nictitante* detergendi; *Superciliorum* loco interdum linea picta, rarius caruncula.

Aures truncatae absque Auriculis, quarum loco pennae Strigibus longae.

Barba Mystacea ad mandibulas inferiores, mobilis Momotae, Pendulino; in ipso Pectore pendula Meleagridi adulto; at *Capistrum* reuersum tegit basin rostri Coruis, Picis, Strigibus.

Crista pinnacea pilei Frontalis, Verticalis, Occipitalis, Erecta, Recuruata, Deflexa, Plicatilis, Compressa.

Carunculae vero carnosae nudaeque Frontis, Verticis, Nuchae, Superciliorum, Gulae, Iuguli, sunt ornamenta capitis in variis.

Collum elongatum, erectiusculum, teres, supra incipit Nucha, continuatur *Ceruice*; infra vero incipit *Gula*, continuatur *Iugulo*.

TRVNCVS ouatus constans *Dorso* coadunato macro, subtus supra *Sternum* magnum carinatum musculosissimo *Pectore*, *Clauiculis* coadunatis in *Furcam*, *Abdomine* minore, postice sub uropygio perforato *Ano*, genitalibus communi, et terminato *Crisso*.

ARTVS, sunt Brachiales *Alae*, veri *Pedes*, Caudale *Vropygium*.

ALAE compressae, *Ossium* articulis mobiles, tectae Pennis, demum *Tectricibus* primis secundisque, postice ciliatae *Remigibus*, explicantur hae in fornicatum ventilabrum voli-

volitanti; complicantur ſtabulanti primoribus ſubeuntibus ſecundarias, vt hae latere antico depingant ſpecificum *ſpeculum* nitidum Anatum; nec deficiunt, niſi in *Impennibus* pelagicis (Diomedea demerſa, inundata; Alca impenni), vel volatu ponderoſioribus (Struthione, Dido).

OSSA: α. *Brachii* 1, elongatum. β. *Cubiti* 2 elongata. γ. *Carpi* 2 breuiſſima. δ. *Metacarpi*, 2 connexa mediocria ε. *Digiti* 2 attenuata, altero maiore biarticulato, compreſſo; altero minuto. ζ. *Pollicis* vero 1 minutum, inſidens baſi anteriori metacarpi, raro *ſpina* euadens (Parris, Charadrio, Strathioni) adiacente ſpina ſetacea.

REMIGES *Primores* X: quorum 1-4 Digiti, 5-10 Metacarpi; *Secundarii* 10-20 ſ. 28 Cubiti, nulli vero Brachii; at *Alula* ſpuria pennis 3 ſ. 5 Pollici inſident.

PEDES ex Femore, Tibia, Digitis, Vnguibus.

FEMORA ex oſſe Femoris, Cruriſque binis altero ſetaceo, carnoſa, pennis tecta, praeterquam cruribus denudatis in *vadantibus* Grallis; ceterum pleriſque aequilibrio ſuppoſita, niſi in *Compedibus* ambulare neſciis, quibus intra commune abdominis tegmen recondita (Alcis, Colymbis); nonnullis *Armillae* ſupra genua cingunt coloratae.

TIBIAE ex Oſſe Tarſi elongata, macres, anguſtae, tendinoſae, nudae, rariusue *villoſae plumoſaeue*, paucis poſtice ſpina *calcaratae*, imprimis maſculis.

DIGITI e Metatarſi phalangibus, plerumque IV, quorum vnus poſticus breuiorque, intermedius anterior vero longior, ſed *Scanſoriis* digiti antici 2, poſticique 2; *Curſoriae* vero poſtico deſtituuntur *tridactylae* (Charadrius, Haematopus, Otis, Caſuarius), rariſſimae *didactylae* (Struthio Camelus). Sunt vero Digiti diſtincti *Fiſſipedibus* pleriſque, vel intermedius adnatus laterali *Greſſoriis*; vel anteriores intertexti membrana integra *Natatoriis*; quae fiſſa in *Lobatis*; vel baſi tantum intertexta *Semipalmatis* vadantibus; vel articulus membranula marginali *Pinnatis*.

VNGVES acuti, quibusdam obtuſi, paucis marginati, pauciſſimis *muticis* nulli.

VROPYGIVM ſeſſile, cordatum, glandula gemina caudae breui adpoſita tumidum, ſupra pertuſum *Poro* oleifero, cincto penicillo; ambitu ciliatum Rectricibus Caudae.

RECTRI-

RECTRICES saepe XII. (1, 2, 3, 4, 5, 6, 6, 5, 4, 3, 2, 1.); plures (18) Gallinis, pauciores (10) Picis (Pico, Certhiae, Cuculo, Yungi, Bucero, Ramphasto, Trochilo).

CAUDA inde vel Pedibus breuior *brachyura*, vel longior *macroura*; ex Rectricibus aequalibus *integra*; vel ad latera per gradus breuioribus *cuneata*, aut lateralibus longioribus *forficata*; in quibus omnibus Rectricibus complicatis subeunt laterales intermediae.

VOLATILES hae, Telluris, vigiles libidinosique musici; pleraeque *Diurnae*; paucae *Nocturnae* (Striges, Caprimulgi), quarum variae Noctu cantant (Luscinia, Turdi), et Mane (Tetraones, Gallinacei), pleraeque inermes sunt, cum Alarum remigibus se facile in aethera recipiant ab hostibus terrestribus, et Caudae rectricibus aëreos diuerso volatu eludant, nisi in terra negotiari necesse sit, quibus odor vel ingratus hostes arcet, vel abolitus occultat; dum aliae speculantur hostem appropinquantem, indicantque aliis: *Lanius*, *Yunx*, *Parra*, *Haematopus*, *Meleagris*, *Hirundo purpurea* &c.

ARMA paucis, praeter *Rostrum* et *Vngues* plerisque,
Cornua Meleagridi cornutae, Palamedeae.
Calcaria Pavoni, Phasiano, Tetraoni.
Spinae (pollicares) Struthioni Camelo, Parrae, Charadrio spinoso, Palamedeae.

VENERE *monogama* iunguntur pleraeque Aves, *polygama* pauciores, vt Gallinae; Anates. Illae vtriusque sexus coniunctis viribus struunt nidum saepe artificiosissimum (pendulum, natans, concameratum, argillosum, foraminosum, nullumue) vteri succedaneum, incubant sedulae ouis, (1. Alca, 2 Colymbus, 3 Larus, 4 Coruus, 5-8 Hirundo, pluribus Anates, Gallinae) pullos famelicae alunt (ostendendo, porrigendo, regurgitando) fovent, curant, pro aris et focis defendunt, dum in his otientur mares. Nuptias celebrant vestitu, musica, ludibus pleraeque.

MIGRATIONES annuas inter septentrionales aestiuas et australes hybernas plagas arcticae Telluris plures instituunt internuncii hi naturae, ne hyeme demergerentur boreales omnes insectiuorae. Sic migrant plurimi *Passeres*, imprimis *tenuirostres*, ob defectum insectorum; *Grallae* ob

ob denegatum glacie aditum vermibus et amphibiis; *Anseres* ob congelatas aquas includentes pifces &c. Reuocant vero easdem Dies aeftatis longiores, ciborum copia, denfiores veftitus, nuptiae paratae.

HABITANT aliae intra *Tropicos*, vt Phäeton; intra *Polos*, Procellaria glacialis; aliae *alibi*, Procellaria capenfis; in *India* orientali Paradifeae, Pavones; *Africa* Struthio 1, Pelecanus 1; *America* Palamedea, Pfophia. In *Pelago* impennes compedirae; *Mari* Procellariae; *Lacubus* Colymbi; *Fluviis* Mergi; *Cataractis* Cinclus; *Littoribus* Charadrii; *Paludibus* Scolopaces, Tringae; *Campis* Otis; *Silvis* Lanius infauftus; *Arboribus* Pafferes; *Rupibus* Bubo; *Pagis* Pica, Hirundo; *Alpibus* Turdus rofeus, Emberiza nivalis.

VICTVS cuique fuus. Aliae Carniuorae: vorant *Cadavera* Accipitres, Corvi; *Pifces* Anferes: *Infecta* pafferes tenuiroftres; *Laruas Cerambycum* Pici; *Lepidopterorum* Cuculus; *Ricinos* Crotophaga; *Oeftros* Buphaga; *Oniscos* Cinclus; *Phryganeas* Hirundines; *Conchas* Haematopus; *Cancros* Mycteria, Cancroma; *Squillas* Recuruiroftra; *Lumbricos* Crex. Aliae phytiphagae; victitant *Plantis* Anferes; *Pomis* Pfittaci; *Nucibus* Caryocatactes; *Nucleis* Coccothrauftes; *Strobilis* Curviroftra, Enucleator; *nectare florum* Trochilus.

OPERA, nec fine fructu, peragunt fua fingulae; fedentes *Accipitres* Cadauera auferunt, vt vivis parcant; incedentes *Picae* Quisquilias impuras verminofasque deuorant; natantes *Anferes* Aquarum nimios hofpites minuunt; vadantes *Grallae* inquirunt in Paludum animalcula; currentes *Gallinae* decidua Grana legunt; falientes *Pafferes* arbuftorum herbarumque Semina Infectaque carpunt; eoque varia femina Pifcium, Infectorum Plantarumque faepius in remotiffima loca deferunt naturae diffeminatores. Conquiruntur *Venatu*; *Falconaria*; *Aucupio*; inftituuntur Falcones ad *venatum*, Parrae ad *paftoritiam*, Pelecani ad *pifcaturam*, Pafferes ad *muficam*. Manfuescunt *Gallinae*, *Anates*, *Pafferesque* varii. In Ornithone f. Aviario coluntur ob *carnes*, *ova*, *plumas*, *pennas*, pulcritudinem, fonum.

HISTORIA Auium abfoluitur *Defcriptione*, *Habitatione*, *Volatu*, *Migratione*, *Nuptiis*, *Nidificatione*, *Ovatione*, *Incubatione*, *Educatione*, *Victu*.

GENERVM characteres desumendi a *Rostro*, *Lingua*, *Naribus*, *Cera*, *Caruncula*, reliquisque partibus denudatis.

ORNITHOLOGI eminentiores in Veteres et Recentiores dispescuntur.

VETERVM *Bellonius* 1557 et *Gesnerus* 1555 patres artis; horum aues collegit et auxit *Aldrouandus* 1599, Brasilienses nouas addente *Marcgrauio* 1648; has omnes digessit et auxit *Willugbby* 1676, cum suo *Rajo* 1713, iconesque varias dedit *Marsiglius* 1726.

RECENTIORES vivis *coloribus* noua luce illustrarunt artem. Germanicas *Frischius* 1734, Europaeas *Albinus* 1731; at rariorum nouarumque Avium centuriam vnam *Catesby* 1751, sed tres et vltra centurias eximius *Edwards* 1745, quibus in arte nihil pulcrius.

SYSTEMATICAM in formam aues reducere tentauit de Suecicis *Fauna* mea 1746, *Systemque Naturae* 1758; omnes collegit et digessit *Brissonus* 1760, cui integrum exercitum et notarum et nouarum cumulere labores et museum magni *Reaumurii*. Sic duplo plures innotuere nuperaues, indefesso studio Edwardi et Reaumurii, quam quae antea cognitae erant.

ASSERVANTVR vel in *spiritu vini* integrae, vel exuviis integris *fartis*, aut dimidiatis *gypso* fixato repletis, methodo Schaefferi.



ORDINVM CHARACTERES.

I. ACCIPITRES.

ROSTRVM (*Uncus trahens*) subincuruatum: *Mandibula* superiore pone apicem vtrinque dilatata f. dente armata: *Naribus* patulis.

PEDES insidentes, breues, robusti; *Digitis* sub geniculis verrucosis; Vnguibus arcuatis, acutissimis.

CORPVS Capite colloque musculosis; *Cute* tenaci. Impurum.

VICTVS: Laniena rapinaque e cadaueribus.

NI-

NIDVS in altis; *Oua* circiter 4; *Femina* praeſtantior, Monogamia.
Analogi *Feris*.

II. PICAE.

ROSTRVM (*cuneus ſarriens*) cultratum dorſo conuexo.

PEDES ambulantes, breues, validiuſculi.

CORPVS tenaciuſculum, impurum.

VICTVS e Quisquiliis.

NIDVS in Arboribus; *Mas* alens feminam incubantem; Monogamia.
Analogae *Primatibus*.

III. ANSERES.

ROSTRVM (*Cribrum colans*) laeue, epidermide tectum, apice auctum.

PEDES natatorii digitis membrana palmatis; *Tibiis* compreſſis, breuibus.

CORPVS pingue, *Cute* tenaci, Plumis praeſtantioribus. Rancеſcens.

VICTVS in Aquis ex Plantis, Piſcibus, &c.

NIDVS ſaepius terreſtris; Mater rarius porrigit pullis; frequentius Polygamia.
Analogi *Belluis*.

IV. GRALLAE.

ROSTRVM (*Bacillus tentans*) ſubcylindricum.

PEDES vadantes *Femoribus* ſeminudi.

CORPVS compreſſum pelle tenuiſſima; *Cauda* breui; Sapidum.

VICTVS in paludibus ex Animalculis.

NIDVS in terra ſaepius; Nuptiis variis.
Analogae *Brutis*.

V. GALLINAE.

ROSTRVM (*Harpa colligens*) conuexum: *Mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem; *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.

PEDES curſorii *Digitis* ſubtus ſcabris.

CORPVS sebaceum, musculosum. Purum.
VICTVS in terra e granis in ingluuie macerandis. Pulueratrices.
NIDVS in Terra absque arte; *Ouis* numerosis. *Pullis* cibus demonstrandus. Polygamia.
Analogae *Pecoribus*.

VI. PASSERES.

ROSTRVM (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.
PEDES salientes, teneri, fissi.
CORPVS tenellum: *Graniuoris* Purum, *Insectiuoris* Impurum.
VICTVS in arboribus e Seminibus aut Insectis.
NIDVS artificiosus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia. Cantus.
Analogi *Gliribus*.



CHARACTERES AVIVM.

I. ACCIPITRES.

41. VVLTVR Rostrum *aduncum*. Caput *denudatum*. [8]
42. FALCO Rostrum *aduncum basi* Cera tectum. [32]
43. STRIX Rostrum *aduncum* capistro *reuerso*. [12]
44. LANIVS Rostrum *rectiusculum*, *emarginatum*. [26]

II. PICAE.

* *Pedibus Ambulatoriis.*

66. TROCHILVS Rostrum *incuruatum*, *filiforme*, *apice tubuloso*. [22]
65. CERTHIA Rostrum *incuruatum*, *acuminatum*. [25]
64. VPVPA Rostrum *incuruatum*, *obtusiusculum*. [3]
48. BVPHAGA Rostrum *rectum*, *quadrangulare*. [1]
60. SITTA Rostrum *rectum*, *apice cuneato*. [3]
52. ORIOLVS Rostrum *rectum*, *conicum*, *acutissimum*. [20]
51. CORACIAS Rostrum *cultratum*, *apice incuruo*. [6]
53. GRACVLA Rostrum *cultratum*, *aequale*, *basi calua*. [8]
50. CORVVS Rostrum *cultratum*, *capistro reuerso*. [19]
54. PARADISEA Rostrum *subcultratum*, *capistro holosericeo*. [3]

* * *Pedibus Scansoriis.*

46. RAMPHASTOS Rostrum *serratum*. Lingua *pennacea*. [8]

55. TROGON Roſtrum *ſerratum, apice aduncum.* [3]
45. PSITTACUS Roſtrum *cera obductum.* Lingua *carnoſa.* [47 + 1]
49. CROTOPHAGA Roſtrum *rugoſum, margine angulatum.* [2]
59. PICUS Roſtrum *angulatum.* Lingua *lumbriciformis.* [21]
58. YUNX Roſtrum *laeue.* Lingua *lumbriciformis.* [1]
57. CUCULUS Roſtrum *laeue.* Nares *marginatae.* [22]
56. BUCCO Roſtrum *laeue, emarginatum, aduncum.* [1]

* * * *Pedibus Greſſoriis.*

47. BUCEROS Roſtrum *ſerratum fronte oſſea.* [4]
62. ALCEDO Roſtrum *trigonum, rectum.* [15]
63. MEROPS Roſtrum *incuruatum, compreſſiuſculum.* [7]
61. TODUS Roſtrum *lineare, depreſſum, rectum.* [2]

III. ANSERES.

* *Roſtro denticulato.*

67. ANAS Roſtrum *unguiculatum denticulis membranaceis.* [45 + 1]
68. MERGUS Roſtrum *unguiculatum denticulis ſubulatis.* [6]
74. PHAETON Roſtrum *cultratum.* [2]
73. PLOTUS Roſtrum *ſubulatum.* [1]

* * *Roſtro edentulo.*

78. RHYNCHOPS Roſtrum *mandibula ſuperiore breuiore.* [2]
71. DIOMEDEA Roſtrum *mandibula inferiore truncata.* [2]
69. ALCA Roſtrum *rugis lateralibus transuerſis.* [5]
70. PROCELLARIA Roſtrum *naribus ſuperincumbentibus, ſubcylindricis.* [6]
72. PELECANUS Roſtrum *cinctum facie nuda.* [8]
76. LARUS Roſtrum *ſub apice ſubtus gibbum.* [11]
77. STERNA Roſtrum *ſubulatum apice compreſſo.* [7]
75. COLYMBUS Roſtrum *ſubulatum lateribus compreſſiuſculum.* [11].

IV. GRALLAE.

* *Pedibus tetradactylis.*

79. PHOENICOPTERUS Roſtrum *infractum, denticulatum.* Pedes *palmati.* [1]
80. PLATALEA Roſtrum *depreſſum ſpatulatum.* [3]
81. PALAMEDEA Roſtrum *apice uncinatum acutum.* [2]
82. MYCTERIA Roſtrum *mandibula inferiore craſſiore ſubadſcendens.* [1]

D 3 85.

85. TANTALVS Roſtrum *arcuatum* ſacco *gulari.* [7]
84. ARDEA Roſtrum *rectum*, *acutiuſculum* [26]
89. RECVRVIROSTRA Roſtrum *ſubulato - attenuatum*, *depreſſum*, *recurvum.* [1]
86. SCOLOPAX Roſtrum *rectum*, *teretiuſculum*, *obtuſiuſculum.* [18]
87. TRINGA Roſtrum *teretiuſculum*, *obtuſum* Pollex *vix inſiſtens.* [23 + 1]
91. FVLICA Roſtri *baſis* fronte *calua.* [7]
92. PARRA Roſtri *baſis fronte carunculis mobilibus.* [5]
93. RALLVS Roſtrum *ſubcarinatum.* Corpus *compreſſiuſculum* [10]
94. PSOPHIA Roſtrum *ſubfornicatum* Nares *ouatae* [1]
83. CANCROMA Roſtrum *ventricoſum.* [2]

* * *Pedibus curſoriis ſ. tridactylis.*

90. HAEMATOPVS Roſtrum *compreſſiuſculum apice cuneo* [1]
88. CHARADRIVS Roſtrum *teretiuſculum*, *obtuſum.* [12]
95. OTIS Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.* [4]
96. STRVTHIO Roſtrum *conicum.* Alae *non volitantes.* [3]

V. GALLINAE.

97. DIDVS Roſtrum *medio coarctatum*, *rugoſum*, *facie nuda* [1]
98. PAVO Vertex *pennis reuolutis.* Roſtrum *nudum.* [3]
99. MELEAGRIS Facies *carunculis verrucoſa* [3]
100. CRAX Cera *baſin roſtri obducens.* [5]
101. PHASIANVS Genae *nudae*, *laeues.* [6]
103. TETRAO Supercilia *nuda*, *papilloſa.* [20]
102. NVMIDA Carunculae *binae ad baſin mandibularum.* [1]

VI. PASSERES.

* Craſſiroſtres.

109. LOXIA Roſtrum *conico - ouatum.* [48]
112. FRINGILLA Roſtrum *conicum*, *acutum* [39]
110. EMBERIZA Roſtrum *ſubconicum*, *mandibula inferiore latiore*, *coarctata.* [24]

** Curuiroſtres *mandibula ſuperiore apice incurvata.*

118. CAPRIMVLGVS Roſtrum *incurvum*, *depreſſum*, *ciliatum.* Nares *tubuloſae.* [2]
117. HIRVNDO Roſtrum *incurvum*, *depreſſum.* [12]
115. PIPRA Roſtrum *incurvum*, *ſubulatum.* [13]

*** Emar-

*** Emarginatiroſtres *mandib. ſuper. pone apicem emarginata.*

107. TVRDVS Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi compreſſum.* [28]

108. AMPELIS Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi depreſſum.* [7]

111. TANAGRA Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi conoideum.* [24]

113. MVSCICAPA Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi ciliatum.* [21]

**** Simpliciroſtres *R. recto integro attenuato.*

116. PARVS Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata, Capiſtrum reverſum.* [14]

114. MOTACILLA Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *inciſa.* Vnguis *poſticus modicus.* [49]

105. ALAVDA Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *bifida.* Vnguis *poſticus elongatus.* [11]

106. STVRNVS Roſtrum *ſubulatum apice depreſſo marginato.* [5]

104. COLVMBA Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *gibboſae membrana obliterata.* [40]

I. ACCIPITRES.

Roſtrum e Mandibula ſuperiore angulum utrinque exſerens.

41. VULTUR. *Roſtrum* rectum, apice aduncum.
Gener. *Caput* impenne, antice nuda cute.
Lingua bifida.

Gryphus. 1. V. maximus, caruncula verticali longitudine capitis, gula nuda. † Cuntur.
Habitat in Chili, Peru.

Harpyia. 2. V. capite tecto pennis elongatis criſtato.
Habitat in Mexico.

Papa. 3. V. naribus carunculatis, vertice colloque denudato.
In India *occidentali.*

Aura. 5. V. fuſco-griſeus, remigibus nigris, roſtro albo.
In America *calidiori.*

Percnopterus. 7. V. remigibus nigris margine exteriore (praeter extimas) canis. Aegyptischer Erdgeyer.
Habitat in Aegypto, Europa *australi.*

Albicilla. 8. M. cera pedibusque flauis, rectricibus albis: intermediis apice nigris.
Habitat in Europa.

42. FALCO. *Rostrum* aduncum, basi cera instructum.
Caput pennis arcte tectum.
Lingua bifida.

* *Cera lutea.*

Melanaeetus. 2. F. cera lutea, pedibusque feminalatis, corpore ferrugineo-nigricante striis flauis.
Habitat in Europa.

Ossifragus. 4. F. cera lutea pedibusque femilanatis, corpore ferrugineo, rectricibus latere interiore albis.
In Europa.

Chrysaëtos. 5. F. cera lutea, pedibusque lanatis luteo-ferrugineis, corpore fusco ferrugineo vario, cauda nigra basi cinereo-undulata. Goldadler. Steinadler.
Habitat in Europa.

fulvus. 6. F. cera flaua, pedibusque lanatis fusco-ferrugineis, dorso fusco, cauda fascia alba.
In Canada, Europa.

barbarus. 8. F. cera pedibusque luteis, corpore caerulescente fuscoque maculato, pectore immaculato, cauda fasciata. Barbarfalk.
Habitat in Barbaria.

Pygargus. 11. F. cera pedibusque flavis, corpore cinereo, abdomine pallido maculis oblongis rufis, oculorum orbita alba. Bleyfalk.
Habitat in Europa; *in* Austria *sub asperrima tantum byeme.*

Milvus. 12. F. cera flaua, cauda forficata, corpore ferrugineo, capite albidiore. Weihe.
In Europa, Asia, Africa.

gentilis. 13. F. cera pedibusque flauis, corpore cinereo maculis

culis fuſcis, cauda faſciis quatuor nigricantibus. Edelfalk.
In Alpibus.

Subbuteo. 14. F. cera pedibusque flauis, dorſo fuſco, nucha alba, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis.
Habitat in Europa.

Buteo. 15. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco, abdomine pallido maculis fuſcis. Bußhart. Mausfalk.
In Europa.

Tinnunculus. 16. F. cera pedibusque flauis, dorſo rufo punctis nigris, pectore ſtriis fuſcis, cauda rotundata. Thurmfalk.
Habitat in Europae *turribus*.

Lanarius. 24. F. cera lutea, pedibus roſtroque caeruleis, corpore ſubtus maculis nigris longitudinalibus.
In Europa, *migratorius*.

** *Cera obſcura.*

Haliaetus. 26. F. cera pedibusque caeruleis, corpore ſupra fuſco ſubtus albo, capite albido. Fiſchadler. Beinbrecher.
Habitat in Europa.

Gyrfalco. 27. F. cera caerulea, pedibus luteis, corpore fuſco, ſubtus faſciis cinereis, caudae lateribus albis.
Habitat in Europa.

palumbarius. 30. F. cera nigra margine pedibusque flauis, corpore fuſco, rectricibus faſciis pallidis, ſuperciliis albis. Taubenfalk.
Habitat in Europa.

Niſus. 31. F. cera viridi, pedibus flauis, abdomine albo griſeo vndulato, cauda faſciis nigricantibus. Sperber.
In Europa.

43. STRIX. *Roſtrum* aduncum (absque cera).
Eule. *Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectae.
Caput grande: auribus oculisque magnis.
Lingua bifida.

* *Auriculatae pennis auricularum inſtar exſtantium.*

Bubo. 1. S. capite auriculato, corpore ruffo. Schubuteule.
Habitat in Europa.

Otus. 4. S. capite auriculato pennis fenis. Kleiner Schubut.
In Europa.

* * *Inauriculatae.*

Aluco. 7. S. capite laeui, corpore ferrugineo, iridibus atris, remigibus primoribus ferratis.
In Europa.

flammea. 8. S. capite laeui, corpore luteo punctis albis, fubtus albido punctis nigricantibus.
Habitat in Europa.

ftridula. 9. S. capite laeui, corpore ferrugineo, remige tertio longiore.
In Europa.

Vlula. 10. S. capite laeui, corpore fupra fufco-albo maculato, rectricibus fafciis linearibus albis.
In Europa.

pafferina. 12. S. capite laeui, remigibus maculis albis quinque ordinum.
In Europa. *Magnitudine Pafferis.*

44. LANIVS. *Roftrum* rectiusculum, dente vtrimque versus apicem, bafi nudum.
Neuntödter
Würger.
Lingua lacera.

Excubitor. 11. L. cauda cuneiformi lateribus alba, dorfo cano, alis nigris macula alba.
Habitat in Europa.

Collurio. 12. L. cauda fubcuneiformi, dorfo grifeo, rectricibus quatuor intermediis vnicoloribus, roftro plumbeo.
Habitat in Europa.

Tyrannus. 13. L. cinereus fubtus albus, vertice nigro: ftria longitudinali fulua.
In America *feptentrionali.*

infauftus. 25. L. dorfo cinereo: rectricibus rufis: intermediis duabus cinereis fafcia nigricante, cauda rotundata.
In Europae *filuis defertis, alpinis.*

II. PI-

II. PICAE.

Rostrum subcompressum, conuexum.

45. PSITTACVS. *Rostrum* aduncum: mandibula superiore mobili cera instructa.
Papagey.
Nares in Rostri basi.
Lingua carnosa, obtusa, integra.
Pedes scansorii.

* *Macrouri cauda cuneiformi.*

Macao. 1. P. macrourus ruber, remigibus supra caeruleis, subtus rufis, genis nudis rugosis.
Habitat in America *meridionali.*

Ararauna. 3. P. macrourus supra caeruleus subtus luteus, genis nudis: lineis plumosis.
In America *meridionali.*

** *Macrouri: Minores.*

solstitialis. 12. P. macrourus luteus, alarum tectricibus viridibus, orbitis rubris, rectricibus lateralibus extus caeruleis.
In Guinea, Angola.

Alexandri. 14. P. macrourus viridis, collari pectoreque rubro, gula nigra.
In China, Bengala, Aethiopia.

*** *Brachyuri cauda aequali.*

cristatus. 22. P. brachyurus albus crista plicatili flaua.
Habitat in China.

erithacus. 24. P. brachyurus canus, temporibus nudis albis, cauda coccinea.
In Guinea, Iamaica.

garrulus. 25. P. brachyurus ruber, orbitis cinereis, genibus alisque viridibus, rectricibus medietate postica caeruleis.
In India *orientali.*

aestivus. 32. P. brachyurus viridis luteo submaculatus, fronte caerulea, humeris sanguineis, orbitis incarnatis.
Habitat in America.

Gal-

Galgulus. 46. P. brachyurus viridis, uropygio sanguineo.
Habitat in India. *Confer. Syst. nat.* III. p. 228.

passerinus. 47. P. brachyurus luteo-virens, macula alarum alisque subtus caeruleis.
In America.

46. RAMPHASTOS. *Rostrum* maximum, inane, convexum, extrorsum serratum: mandibula vtraque apice incurua.
Pfeffervogel.
Nares pone rostri basin.
Lingua pennacea.
Pedes scansorii plerisque.

piperiuorus. 2. R. viridis antice niger, crisso femoribusque rubris.
Habitat in Cayana.

Aracari. 3. R. viridis, fascia abdominali, crisso uropygioque rubris, abdomine flauo.
In America *meridionali.*

Tucanus. 5. R. nigricans, fascia abdominali crisso vropygioque flauis.
In America *meridionali.*

47. BVCEROS. *Rostrum* conuexum, curuatum, cultratum, magnum, extrorsum serratum; Frontis caluaria nuda, osseo-gibbosa.
Nashornvogel.
Nares pone rostri basin.
Lingua acuta, breuis.
Pedes gressorii.

bicornis. 1. B. fronte ossea plana antrorsum bicorni.
In China, Stratsunda.

Rhinoceros. 3. B. cornu mandibulari frontis recuruato.
In India. *Conf. Syst. nat.* I, 2. *in Addendis.*

49. CROTOPHAGA. *Rostrum* compressum, semiouatum, arcuatum, dorsato-carinatum: Mandibula superiore margine vtrinque angulata.
Nares peruiae.

Ani. 1. C. pedibus scansoriis.
Habitat in Africa, America.

50. CORVUS. *Rostrum* conuexum, cultratum.
Nares pennis setaceis recumbentibus obtectae.
Lingua cartilaginea bifida.
Pedes ambulatorii.

Corax. 2. C. ater, dorso atro-caerulescente, cauda subrotundata. Kolkrabe.
Habitat in Europa.

Corone. 3. C. atro-caerulescens totus, cauda rotundata: rectricibus acutis.
In Europa.

frugilegus. 4. C. ater, fronte cinerascente, cauda subrotundata. Saatkrähe.
In Europa, *agris infesta.*

Cornix. 5. C. cinerascens, capite iugulo alis caudaque nigris. Nebelkrähe.
In Europa.

Monedula. 6. C. fuscus, occipite incano, fronte alis caudaque nigris. Dohle.
In Europae *agris.*

glandarius. 7. C. tectricibus alarum caeruleis: lineis transuersis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. Holzheher.
In Europa.

Caryocatactes. 10. C. fuscus alboque punctatus, alis caudaque nigris: rectricibus apice albis: intermediis apice detritis. Nußheher.
In Europa.

Pica. 13. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi. Aelster.
In Europa.

51. CORACIAS. *Rostrum* cultratum apice incuruato, basi pennis denudatum.
Lingua cartilaginea, bifida.
Pedes ambulatorii.

Garrula. 1. C. caerulea, dorso rubro, remigibus nigris. Mandelkrähe, Racker.
Habitat in Europa.

52. ORIOLVS. *Rostrum* conicum, conuexum, acutissimum, rectum: mandibula superiore paulo longiore, obsolete emarginata.
Lingua bifida, acuta.
Pedes ambulatorii.

Galbula. 1. O. luteus loris artubusque nigris, rectricibus exterioribus postice flauis. Goldvogel. Kirschvogel.
In Europa *et* India *orientali.*

Icterus. 4. O fulvus, capite iugulo dorso remigibus rectricibusque nigris, macula alarum alba.
In America *calidiore.*

53. GRACVLA. *Rostrum* conuexo-cultratum, basi nudiusculum.
Lingua integra, acutiuscula, carnosa.
Pedes ambulatorii.

religiosa. 1. G. nigro-violacea, macula alarum alba, fascia occipitis nuda flava.
Habitat in Asia.

Quiscula. 7. G. nigro-violacea, cauda rotundata.
In America *septentrionali.*

54. PA-

54. PARADISEA. *Rostrum* capistri plumis tomentosis
Paradiesvogel. tectum.
Pennae hypochondriorum longiores.
Rectrices duae superiores singulares denudatae.

apoda. 1. P. pennis hypochondriis corpore longioribus, rectricibus duabus intermediis longis setaceis.
Habitat in Moluccis.

regia. 2. P. rectricibus duabus intermediis filiformibus apice lanato-pennaceis.
In Amboina.

57. CVCVLVS. *Rostrum* teretiusculum.
Nares margine prominulae.
Lingua sagittata, plana, integra.
Pedes scansorii.

canorus. 1. C. cauda rotundata nigricante albo-punctata. Kuckuck.
Habitat in Europa.

glandarius. 5. C. cauda cuneiformi, capite subcristato, fascia oculari nigra
In Africa *septentrionali et* Europa *australi*.

58. YUNX. *Rostrum* teretiusculum, acuminatum.
Nares concauae, denudatae.
Lingua teres, lumbriciformis, longissima, apice mucronata.
Pedes scansorii.

Torquilla 1. Iynx Drehhals.
Habitat in Europae *truncis arborum putrescentibus*.

59. PI-

59. PICVS. *Rostrum* polyedrum, rectum: apice cuneato.
Specht.

Nares pennis setaceis recumbentibus obtectae.

Lingua teres, lumbriciformis, longissima, mucronata, apice retrorsum aculeata setis.

Pedes scansorii.

martius. 1. P. niger, pileo coccineo.
Habitat in Europa, *vix in Anglia.*

viridis. 12. P. viridis, vertice coccineo. Grünspecht.
Habitat in Europa.

bengalensis. 13. P. viridis, crista rubra, nucha nigra, subtus anticeque albus nigro maculatus.
Habitat in Bengala.

maior. 17. P. albo nigroque varius, crisso occipiteque rubro.
In Europa.

medius. 18. P. albo nigroque varius, crisso pileoque rubris.
In Europa.

minor. 19. P. albo nigroque varius, vertice rubro, crisso testaceo.
In Europa.

tridactyla. 21. P. albo nigroque varius, pedibus tridactylis.
In Suecia *ad alpes:* Lapponicas, Dalekarlicas, *frequens et ad sinum* Hudsonis, *etiam in* Sibiria.

60, SITTA. *Rostrum* subulatum, teretiusculum, rectum, porrectum, integerrimum; mandibula superiore paulo longiore: apice compresso.

Lingua emarginato-lacera.

Nares vibrissis tectae.

Pedes ambulatorii.

europaea. 1. S. rectricibus nigris: lateralibus quatuor infra apicem albis. Blauspecht.
Habitat in Europae, Americae *truncis arborum.*

62. AL-

62. ALCEDO. *Rostrum* trigonum, crassum, rectum, longum.
Eisvogel.
Lingua carnosa, breuissima, plana, acuta.
Pedes gressorii *plerisque.*

Ispida. 3. A. brachyura, supra cyanea, subtus fulua, loris rufis.
Ad maris littora in Europa, Asia.

smyrnensis. 11. A. macroura ferruginea, alis cauda dorsoque viridibus.
Habitat in Africa *et* Asia.

63. MEROPS. *Rostrum* curuatum, compressum, carinatum.
Lingua apice laciniata.
Pedes gressorii.

Apiaster. 1. M. dorso ferrugineo, abdomine caudaque viridi-caerulescente, rectricibus duabus longioribus, gula lutea. Immenwolf.
Habitat in Europa *australi*, Oriente.

64. UPUPA. *Rostrum* arcuatum, conuexum, subcompressum, obtusiusculum.
Lingua obtusa, integerrima, triquetra, breuissima.
Pedes ambulatorii.

Epops. 1. U. cristata variegata. Widhopf.
In Europae *et* Indiae *orientalis silvis.*

65. CERTHIA. *Rostrum* arcuatum, tenue, subtrigonum, acutum.
Lingua acuta.
Pedes ambulatorii.

familiaris. 1. C. grisea, subtus alba, remigibus fuscis: decem macula alba, rectricibus decem. Baumklette.
Habitat in Europae *arboribus reptans.*

muraria. 2. C. cinerea, macula alarum fulua. Mauerspecht.
Habitat in Europae *australis turribus, arcibus.*

66. TROCHILUS. *Rostrum* subulato-filiforme, apice tubulato, capite longius: mandibula superior vaginans inferiorem.
Lingua filiformis, filis duobus coalitis tubulosa.
Pedes ambulatorii.

Pella. 4. T. curuirostris ruber, rectricibus intermediis longissimis, corpore rubro, capite fusco, gula aurata uropygioque viridi.
In America meridionali.

forficatus. 5. T. curuirostris viridis, rectricibus lateralibus longissimis, pileo rectricibusque caeruleis.
In Iamaica.

Colubris. 12. T. rectirostris viridi-aureus, rectricibus nigris: lateralibus tribus ferrugineis apice albis, gula flammea.
In America, *imprimis septentrionali.*

minimus. 22. T. rectirostris, rectricibus lateralibus margine exteriore albis, corpore viridi nitente, subtus albido.
Habitat in America. *Pondus vivae* = 20 Gr. *siccae* = 45 Gr.



III. ANSERES.

Rostrum obtusiusculum, epidermide tectum, sub basi gibbum, apice auctum. Faux denticulata.
Lingua carnosa.
Pedes palmati, natatorii.

67. ANAS. *Rostrum* lamelloso-dentatum, conuexum, obtusum.
Lingua ciliata, obtusa.

* *Rostro basi gibbo.*

Cygnus.

Cygnus. 1. A. roſtro ſemicylindrico atro, cera flava, corpore albo. Schwan.
Habitat in Europa, America *ſeptentrionali.*

Cygnoides. 2. A. roſtro ſemicylindrico: cera gibboſa, palpebris tumidis.
Habitat in Aſia.

Tadorna. 4. A. roſtro ſimo, fronte compreſſa, capite nigro-vireſcente, corpore albo variegato.
In Europae *maritimis.*

** *Laeves roſtro baſi aequali.*

Anſer. 9. A. roſtro ſemicylindrico, corpore ſupra cinereo, ſubtus pallidiore, collo ſtriato. Gans.
In Europae *et* Americae *maxime borealis lacubus fluviisque.*

Bernicla. 13. A. fuſca, capite collo pectoreque nigris, collari albo.
In Europa *boreali, migrat ſupra Sueciam, nidificat in Groenlandia; hybernat in Belgio.*

molliſſima. 15. A. roſtro cylindrico, cera poſtice bifida rugoſa. Eider.
In Europa *boreali, pelagica.*

moſchata. 16. A. facie nuda papilloſa.
Habitat in India.

clypeata. 19. A. roſtri extremo dilatato rotundato: ungue incurvo. Löffelente.
In Europae, Americae *maritimis.*

Clangula. 23. A. nigro alboque varia, capite tumido violaceo: ſinu oris macula alba.
Habitat in Europa, *ſaepius maritima.*

hyemalis. 29. A. cauda cuneata: rectricibus intermediis longis, corpore albo, temporibus pectore dorſo aliſque nigris.
In Europa *et* America *arctica.*

Querquedula. 32. A. macula alarum viridi, linea alba ſupra oculos.
In Europae *aquis dulcibus.*

Crecca. 33. A. ſpeculo alarum viridi, linea alba ſupra infraque oculos. Kriechente.
In Europae *aquis dulcibus.*

*** *Pennis aliquot recurvis.*

Boſchas. 40. A. rectricibus intermediis (maris) recuruatis, roſtro recto. Ente.
In Europae *lacubus*, *et manſueta.*

**** *Criſtatae.*

Sponſa. 43. A. criſta dependente duplici viridi caeruleo alboque varia.
In America *ſeptentrionali.*

68. MERGUS. *Roſtrum* denticulatum, ſubulato-cylindricum apice adunco.
Täucher.

Merganſer. 2. M. criſta longitudinali erectiuscula, pectore albido immaculato, rectricibus cinereis ſcapo nigricante.
In Europa.

Serrator. 3. M. criſta dependente, pectore rufeſcente variegato, collari albo, rectricibus fuſcis cinereo variegatis.
In Europa.

Albellus. 5. M. criſta dependente, occipite nigro, corpore albo, dorſo temporibusque nigris, alis variegatis.
In Europa.

69. ALCA. *Roſtrum* edentulum, breue, compreſſum, conuexum, ſulcatum ſaepius transverſe: mandibula inferior ante baſin gibba.
Nares pone roſtrum.
Pedes plerisque tridactyli.

impennis. 3. A. roſtro compreſſo-ancipiti ſulcato, macula ouata vtrinque ante oculos.
In Europae *arcticae alto maris.*

arctica. 4. A. roſtro compreſſo-ancipiti ſulcato ſulcis quatuor, oculorum orbita temporibusque albis, palpebra ſuperiore mucronata.
In Europae *borealis oceano; compes.*

70. PRO-

70. PROCELLARIA. *Rostrum* edentulum, subcompressum: mandibulis aequalibus: superiore apice adunca; inferiore apice compresso-canaliculata.
Sturmvogel.
Nares cylindro supra basin rostri decumbente, truncato.
Pedes palmati: ungue postico sessili absque digito.

pelagica. 1. P. nigra, uropygio albo.
In alto Oceano.

71. DIOMEDEA. *Rostrum* rectum: maxilla superiore apice adunca; inferiore truncata.
Nares ouatae, patulae, prominulae, laterales.

exulans. 1. D. alis pennatis, pedibus aequilibribus tridactylis.
Intra tropicos Pelagi et ad Cap. b. spei.

demersa. 2. D. alis impennibus, pedibus compedibus tetradactylis; digitis omnibus connexis.
Habitat ad Cap. b. spei.

72. PELECANVS. *Rostrum* edentulum, rectum: apice adunco, unguiculato.
Nares rima obliterata.
Facies nudiuscula.
Pedes aequilibres: digitis omnibus quatuor simul palmatis.

* *Rostro edentulo.*

Onocrotalus. 1. P. gula saccata. Kropfgans.
In Africa, Asia, America.

** *Mandibulis serratis.*

Baffanus. 5. P. cauda cuneiformi, corpore albo, roftro ferrato, remigibusque primoribus nigris, facie caerulea. Baffaner.
In Pelago *feptentrionali.*

74. PHAËTON. *Roftrum* cultratum, rectum, acuminatum, Fauce pone roftrum hiante.
Nares oblongae.
Digitus pofticus antrorfum verfus.

aethereus. 1. P. rectricibus duabus longiffimis, roftro ferrato, pedibus aequilibribus: digito poftico connexo.
In Pelapo *inter tropicos.*

demerfus. 2. P. alis impennibus, pedibus compedibus; digito poftico diftincto.
Habitat ad Tropicum Capricorni.

75. COLYMBUS. *Roftrum* edentulum, fubulatum, rectum, acuminatum.
Faux dentata.
Nares lineares, ad bafin roftri.
Pedes Compedes.

Grylle. 1. C. pedibus palmatis tridactylis, corpore atro, tectricibus alarum albis.
Habitat intra circulum arcticum.

arcticus. 4. C. pedibus palmatis tetradactylis, capite cano, collo fubtus atro-violaceo: fafcia alba interrupta.

76. LARUS. *Roftrum* edentulum, rectum, cultratum, apice fubadunco: Mandibula inferior infra apicem gibba.
Mewe.
Nares lineares, antice latiores, in medio roftri fitae.

tridactylus. 2. L. albicans, dorfo canefcente, rectricum apicibus excepto extimo nigris, pedibus tridactylis.
In Europa *feptentrionali.*

ca-

canus. 3. L. albus, dorſo cano.
Habitat in Europa.

77. STERNA. *Roſtrum* edentulum, ſubulatum, ſubrectum, compreſſiusculum.
Nares lineares, ad baſin roſtri ſitae.

Hirundo. 1. S. cauda forficata: rectricibus duabus extimis albo nigroque dimidiatis.
In Europa.

78. RYNCHOPS. *Roſtrum* rectum: mandibula ſuperiore multo breuiore; inferiore apice truncata.

nigra. 1. R. nigricans, ſubtus alba, roſtro baſi rubro.
In America.

IV. GRALLAE.

Roſtrum ſubcylindricum, obtuſiusculum.
Lingua integra, carnoſa.
Femora ſupra genua denudata.

79. PHOENICOPTERUS. *Roſtrum* denudatum, infracto-incuruatum, denticulatum.
Nares lineares.
Pedes palmati, tetradactyli.

ruber. 1. ruber, remigibus nigris. Flamant.
In Africa, America, *rarius in* Europa.

80. PLATALEA. *Roſtrum* planiusculum: apice dilatato, orbiculato, plano.
Pedes tetradactyli, ſemipalmati.

Leucorodia. 1. P. corpore albo, gula nigra, occipite ſubcriſtato. Löffelgans.
Habitat in Europa.

81. PALAMEDEA. *Rostrum* conicum; mandibula superiore adunca.

Nares . . .

Pedes tetradactyli, fissi.

cornuta. 1. P. alulis bispinosis, fronteque cornuta. *In* Brasilia, Gujania.

84. ARDEA. *Rostrum* rectum, acutum, longum, subcompressum, sulco e naribus versus apicem exaratum.

Nares lineares.

Pedes tetradactyli.

* Cristatae: *rostro vix capite longiore.*

Virgo. 2. A. superciliis albis postice retrorsumque longe cristatis. Numidische Jungfer. *Habitat in* Oriente.

** Grues: *capite calvo.*

Grus. 4. A. occipite nudo papilloso, pileo remigibusque nigris, corpore cinereo, tectricibus intimis laceris. Kranich. *In* Europae, Africae *campis subhumidis.*

*** Ciconiae: *orbitis nudis.*

Ciconia. 7. A. alba, orbitis nudis remigibusque nigris, rostro pedibus cuteque sanguineis. Storch. *In* Europa, Asia, Africa.

nigra. 8. A. nigra, orbitis nudis, pectore abdomineque albo. *In* Europa *boreali.*

**** Ardeae: *ungue intermedio introrsum serrato.*

Nycticorax. 9. A. crista occipitis tripenni alba horizontali, dorso nigro, abdomine flavescente. *In* Europa *australi.*

cinerea. 11. A. occipite nigro laevi, dorso caerulescente, subtus albida, pectore maculis oblongis nigris. Grauer Reiger. *In* Europa.

stel-

ſtellaris. 21. A. capite laeviuſculo, ſupra teſtacea maculis transuerſis, ſubtus pallidior maculis oblongis fuſcis. Rohrdommel.
Habitat in Europa.

alba. 24. A. capite laeui, corpore albo, roſtro fulvo, pedibus nigris.
In Europa.

85. TANTALUS. *Roſtrum* longum, ſubulatum, teretiuſculum, ſubarcuatum.
Facies nuda ultra oculos.
Lingua breuis, lata.
Saccus jugularis nudus.
Nares ouatae.
Pedes tetradactyli, baſi palmati.

Ibis. 4. T. facie rubra, roſtro luteo, pedibus griſeis, remigibus nigris, corpore ruſeſcenti-albido.
In Aegypto.

ruber. 5. T. facie roſtro pedibusque rubris, corpore ſanguineo, alarum apicibus nigris.
In America.

86. SCOLOPAX. *Roſtrum* tereriuſculum, obtuſum, capite longius.
Schnepfe.
Nares lineares.
Facies tecta.
Pedes tetradactyli: poſtico pluribus articulis inſiſtente.

Arquata. 3. S. roſtro arcuato, pedibus caeruleſcentibus, alis nigris maculis niveis.
Habitat in Europa.

Ruſticola. 6. S. roſtro recto baſi ruſeſcente, pedibus cinereis, femoribus tectis, faſcia capitis nigra. Waldſchnepfe.
In Europa.

Gallinago. 7. S. roſtro recto tuberculato, pedibus fuſcis, frontis lineis fuſcis quaternis. Heerſchnepfe. Himmelsziege. Capella caeleſtis.
In Europa.

Gallinula. 8. S. rostro recto tuberculato, pedibus virescentibus, loris fuscis, uropygio violaceo-vario.
In Europae *paludibus.*

Glottis. 10. S. rostro recto basi inferiore rubro, corpore subtus niveo, pedibus virescentibus.
In Europa.

Limosa. 13. S. rostro subrecurvato basi rubro, pedibus fuscis, remigibus macula alba: quatuor primis immaculatis.
In Europa.

87. TRINGA. *Rostrum* teretiusculum, longitudine capitis.
Nares lineares.
Pedes tetradactyli: postico vniarticulato, a terra eleuato.

pugnax. 1. T. rostro pedibusque rubris, rectricibus tribus lateralibus immaculatis, facie papillis granulatis carneis. Kampfhahn. Hausteufel.
Habitat in Europa *minus boreali.*

Vanellus. 2. T. pedibus rubris, crista dependente, pectore nigro. Kybitz.
In Europae, Africae *pratis apricis depressis.*

Ocrophus. 13. T. rostri apice punctato, pedibus virescentibus, dorso fusco-viridi, abdomine rectricibusque extimis albis.
In Europa.

Cinclus. 18. T. rostro pedibusque nigris, loris albis, corpore uropygioque griseis fuscisque.
Ad Europae *littora*, *gregaria.*

88. CHARADRIUS. *Rostrum* teretiusculum, obtusum.
Regenpfeiffer. *Nares* lineares.
Pedes cursorii, tridactyli.

Hiaticula. 1. C. pectore nigro, fronte nigricante fasciola alba, vertice fusco, pedibus luteis.
In Europa *et* America, *ad ripas cursitans.*

Mo-

Morinellus. 5. C. pectore ferrugineo, fascia superciliorum pectorisque lineari alba, pedibus nigris. Mornell.
Habitat in Europa campestri, *ad Alpes migrans.*

pluvialis. 7. C. corpore nigro viridique maculato, subtus albido, pedibus cinereis.
In Europa.

Oedicnemus. 10. C. griseus, remigibus primoribus duabus nigris medio albis, rostro acuto, pedibus cinereis.
In Anglia, Oriente.

Himantopus. 11. C. albus, dorso nigro, rostro nigro capite longiore, pedibus rubris longissimis.
In Europa *australiore*, *ad maris littora.*

89. RECURVIROSTRA. *Rostrum* depresso - planum, subulatum, recurvatum, acuminatum, apice flexili.
Pedes palmati, tridactyli.

Avocetta. 1. R. albo nigroque varia. Säbelschnäbler.
In Europa *australiore.*

90. HAEMATOPUS. *Rostrum* compressum: apice cuneo aequali.
Nares lineares.
Pedes cursorii, tridactyli, fissi.

Ostralegus. 1. Haematopus. Austerndieb.
In Europa, America *septentrionali.*

91. FULICA. *Rostrum* conuexum: Mandibula superiore margine supra inferiorem fornicata; Mandibula inferior pone apicem gibba.
Wasserhuhn.
Nares oblongae.
Frons calua.
Pedes tetradactyli, subpinnati.

fusca.

fusca. 1. F. fronte flavescente, armillis concoloribus, pedibus simplicibus, corpore fuscescente.
In Europa.

atra. 2. F. fronte incarnata, armillis luteis, pedibus pinnatis, corpore nigricante.
In Europae *aquosis*.

aterrima. 3. F. fronte alba, armillis rubris, pedibus pinnatis, corpore nigricante.
In Europa *maritimis*.

chloropus. 4. F. fronte fulva, armillis rubris, pedibus simplicibus, corpore nigricante.
In Europa *australiore; in* Martinica.

92. PARRA. *Rostrum* teretiusculum, obtusiusculum.
Nares ouatae, in medio rostri.
Frons carunculata: carunculis lobatis.
Alulae spinosae.

Jacana. 3. P. vnguibus posticis longissimis, pedibus viridescentibus.
In America *australi*.

Chavaria. 5. P. digitis elongatis, pedibus fulvis, occipite cristato.
Habitat in fluviis, *lacubus*, *circa* Carthagenam indicam.

93. RALLUS. Ralle. *Rostrum* basi crassius, compressum, dorso attenuatum apicem versus, aequale, acutum.
Nares ouatae.
Pedes tetradactyli, fissi.
Corpus compressum.

Crex. 1. R. alis rufo-ferrugineis. Wachtelkönig.
In Europae *agris*, *carectis*.

aquaticus. 2. R. alis griseis fusco-maculatis, hypochondriis albo-maculatis, rostro subtus fulvo.
In Europae *paludosis*.

Parzana 3. R. rectricibus binis intermediis albo marginatis, rostro pedibusque subolivaceis.
In Europa *ad ripas*.

94. PSO-

94. PSOPHIA. *Roftrum* cylindrico-conicum, conuexum, acutiufculum, mandibula fuperiore longiore.
Nares ouatae, patulae.
Pedes tetradactyli, fiffi.

crepitans. 1. Pfophia.
In America *meridionali*.

95. OTIS. *Roftrum* mandibula fuperiore fornicata.
Nares ouatae.
Lingua bifida.
Pedes curforii, tetradactyli.

Tarda. 1. O. maris capite iuguloque vtrinque criftato. Trappe.
In Poloniae, Orientis *campis*.

Tetrax. 3. O. capite iuguloque laevi.
In Europa, *inprimis in* Gallia.

96. STRUTHIO. *Roftrum* fubconicum.
Nares ouatae.
Alae ad volandum ineptae.
Pedes curforii.

Camelus. 1. S. pedibus didactylis. Strauß.
In Syria, Arabia, Lybia, Africa.

Cafuarius. 2. S. pedibus tridactylis, galea palearibusque nudis. Cafuar
In Afiâ; Sumatra, Molucca, Banda; Africa.



V. GLI-

V. GALLINAE.

Rostrum conuexum: mandibula superiore fornicata, margine extra inferiorem dilatato.
Nares membrana cartilaginea conuexa semitectae.
Rectrices plures quam duodecim.
Pedes fissi, sed intimo articulo connexi.

98. PAVO. *Caput* pennis revolutis tectum.
Pfau. *Pennae* uropygii elongatae, ocellatae.

cristatus. 1. P. capite crista compressa, calcaribus solitariis.
In India *orientali*, Zeylona.

bicalcaratus. 2. P. capite subcristato, calcaribus binis.
In China.

99. MELEAGRIS. *Caput* carunculis spongiosis tectum.
Gula caruncula membranacea longitudinali.

Gallopavo. 1. M. capite caruncula frontali gularique, maris pectore barbato. Kalekuter. Truthahn.
In America *septentrionali.*

Satyra. 3. M. capite cornibus geminis, corpore rubro punctis ocellatis. †
In Benghala.

100. CRAX. *Rostrum* basi cera obductum in vtraque mandibula.
Pennae caput tegentes revolutae.

Alector. 1. C. cera flava, corpore nigro, ventre albo. Kurassauer.
In America *calidiore.*

rubra. 2. C. rubra, capite caerulescente. †
In Peru.

globicera. 4. C. flava, narium gibbere globoso, corpore nigro-caerulescente.
In Brasilia, Curacao.

101. PHASIANUS. *Genae* cute nuda laevigata.

Gallus. 1. P. caruncula compressa verticis geminaque gulae, auribus nudis cauda compressa adscendente. Haushahn.

cristatus. β. Gallina crista in vertice plumosa densissima. *Raj. av.* 51.

ecaudatus. γ. Gallina cauda s. uropygio carens. *Raj. av.* 51.

morio. δ. Gallus crista et palearibus nigris. *Briss. av.* I. p. 174.

lanata. ε. Gallus japonicus pennis pilorum caeruleis. *Briss.* I. p. 175. t. 17. f. 2.

crispus. η. Gallina frislandica. *Will. ornith.* 110. *Raj av.* 51.

Pennae revolutae: *Remiges sine radiis.*

pusillus. ζ. Gallus tibiis pennatis: pennis posticis elongatis. *In* India *orientali.*

colchicus. 3. P. rufus, capite caeruleo, cauda cuneata, genis papillosis. Fasan.
In Africa, Asia.

Argus. 4. P. luteus nigro punctatus, facie rubra, occipite cristato caeruleo
In Tataria *chinensi.*

pictus. 5. P. crista flava, pectore coccineo, remigibus secundariis caeruleis, cauda cuneata.
In China.

102. NUMIDA. *Caput* callo compresso colorato cornutum.
Palearia carunculacea, ad latera maxillae inferioris.
Rostrum cera instructum nares recipiente.

Meleagris. 1. Numida. Perlhuhn.
In Africa.

103. TETRAO. *Macula* prope oculos nuda, papillosa.
* *Pedibus hirsutis.*

Urogallus. 1. T. pedibus hirsutis, cauda rotundata, axillis albis. Auerhahn.

In

In Europae, Americae *silvosis*, *pinetis*, *paludosis*.

Tetrix. 2. T. pedibus hirsutis, cauda bifurcata, remigibus secundariis basin versus albis. Birkhahn.
In Europae *frigidae ericetis*, *betuletis*, *silvosis*.

Lapogus. 4. T. pedibus lanatis, remigibus albis, rectricibus nigris apice albis: intermediis albis. Schneehuhn.
In Europae *alpinis*.

Cupido. 5. T. pedibus hirsutis, alis succenturiatis cervicalibus.
In Virginia.

Bonasia. 9. T. pedibus hirsutis, rectricibus cinereis punctis nigris fascia nigra: exceptis intermediis duabus. Haselhuhn.
In Europae *coryletis*.

** *Pedibus nudis*.

Perdix. 13. T. pedibus nudis calcaratis, macula nuda coccinea sub oculis, cauda ferruginea; pectore brunneo. Rebhuhn.
In Europae *agris*.

Coturnix. 20. T. pedibus nudis, corpore griseo-maculato, superciliis albis, rectricibus margine lunulaque ferruginea. Wachtel.
In Europa, Asia, Africa.



VI. PASSERES.

Rostrum conicum, *acuminatum*.
Nares ovatae, *patulae*, *nudae*.

104. COLUMBA. *Rostrum* rectum, versus apicem descendens.
Nares oblongae, membrana molli tumida semitectae.
Lingua integra.

* Cau-

* *Cauda aequali.*

Oenas. 1. C. caerulescens, cervice viridi-nitente, dorso postico albo, fascia alarum apiceque caudae nigricante. Feldtaube.

domestica. β. Columba domestica. *Raj. av.* 59. Haustaube. *In* Europa.

hispanica. 2. C. cera albida furfuracea.

dasypus. 3. C. pedibus hirsuto-pennatis.

gutturosa. 4. C. pectore inflato. Kropftaube. Kropfer. *In* Arabia felici.

cucullata. 5. C. pennis occipitis reflexo-erectis.

hispida. 6. C. plumis minimis erectis, per dorsum alasque dispersis. *In* India *orientali.*

Turbita. 7. C. pennis in pectore recurvatis.

laticauda. 8. C cauda erecta multipenni patula.

gyratrix. 9. C. sub volatu se gyrans.

galeata. 10. C. capite remigibus rectricibusque concoloribus a corpore diversicoloribus.

turcica. 11. C. cera papillosa rubra. *In* Arabia.

tabellaria. 12. C. cera lata carunculata albida, palpebris nudis.

Palumbus. 19. C. rectricibus postice atris, remigibus primoribus margine exteriore albidis, collo vtrinque albo. Ringtaube. *In* Europa, Asia.

Turtur. 32. C. rectricibus apice albis, dorso griseo, pectore incarnato, macula laterali colli nigra lineolis albis. Turteltaube. *In* India.

risoria. 33. C. supra lutescens, lunula cervicali nigra. Lachtaube. *In* India.

** *Macroura cauda cuneiformi.*

migratoria. 36. C. cauda cuneata, orbitis denudatis sanguineis, pectore rufo. *In* America *septentrionali.*

105. ALAUDA. *Rostrum* cylindrico-subulatum, rectum, recta protensum: Mandibulis aequalibus, basi deorsum dehiscentibus.

Lingua bifida.

Unguis posticus rectior, digito longior.

arvensis. 1. A. rectricibus extimis duabus extrorsum longitudinaliter albis: intermediis interiori latere ferrugineis Feldlerche.
In Europae *arvis apricis.*

pratensis. 2. A. rectricibus extimis duabus extrorsum albis, linea superciliorum alba. Wiesenlerche.
In Europae *pratis.*

arborea. 3. A. capite vitta annulari alba cincto.
In Europa, *gregaria volitans.*

campestris. 4. A. rectricibus fuscis: inferiori medietate, exceptis intermediis duabus, albis, gula pectoreque flavescente.

trivialis. 5. A. rectricibus fuscis: extima dimidiato alba, secunda apice cuneiformi alba, linea alarum duplici albida.
In Suecia, Germania.

cristata. 6. A. rectricibus nigris: extimis duabus margine exteriori albis, capite cristato. Haubenlerche.
In Europae *viis.*

106. STURNUS. *Rostrum* subulatum, angulato-depressum, obtusiusculum: Mandibula superiore integerrima, marginibus patentiusculis.

Nares supra marginatae.

Lingua emarginata, acuta.

vulgaris. 1. S. rostro flavescente, corpore nigro punctis albis. Staar. Spreche.
In Europa, Africa.

Cinclus. 5. S. niger, pectore albo. Wasseramsel.
In Europa *ad aquas.*

107

107. TURDUS. *Rostrum* tereti-cultratum: mandibula superiore apice deflexo, emarginato.
Nares nudae, superne membranula semitectae.
Faux ciliata.
Lingua lacero-emarginata.

viscivorus. 1. T. dorso fusco, collo maculis albis, rostro flavescente. Schnarre. Misteldroßel.
In Europae *silvis*.

pilaris, 2. T. rectricibus nigris: extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. Krametsvogel.
In Europae *silvis acerosis*.

iliacus. 3. T. alis subtus ferrugineis, superciliis albicantibus. Zipdroßel.
In Europa.

musicus. 4. T. remigibus basi interiore ferrugineis. Weindroßel. Sangdroßel.
In Europae *silvis*.

Merula. 22. T. ater, rostro palpebrisque fulvis. Amsel. Schwarzdroßel.
In Europae *silvis*.

torquatus. 23. T. nigricans, torque albo, rostro flavescente. Ringdroßel.
In Europa.

arundinaceus. 25. T. fusco ferrugineus, subtus albido testaceus, remigibus fasciis apice rufescentibus. Bruchdroßel.
In Europae *arundinetis*.

108. AMPELIS. *Rostrum* rectum, convexum: Mandibula superiore longiore, subincurvata, utrinque emarginata.
Lingua acuta, cartilaginea, bifida.

Garrulus. 1. A. occipite cristato, remigibus secundariis apice membranaceo colorato. Seidenschwanz.
In Europa *et* America *septentrionali*.

109. LOXIA. *Rostrum* conico-gibbum, frontis basi rotundatum versus caput: Mandibula inferior margine laterali inflexa.
Nares in basi rostri.
Lingua integra.

Curvirostra. 1. L. rostro forficato. Kreuzschnabel. Tannenpapagai.
In Europa.

Coccothraustes. 2. L. linea alarum alba, remigibus mediis in apice rhombeis, rectricibus latere tenuiore baseos nigris. Kirschfink. Kernbeißer.
In Europa *australiori*.

Enucleator. 3. L. linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus.
In Europae *et* Canadae *pinetis*.

Pyrrhula. 4. L. artubus nigris, tectricibus caudae remigumque posticarum albis. Thumpfaff. Blutfink.
In Europae *silvis*.

Cardinalis. 5. L. cristata rubra, capistro nigro, rostro pedibusque sanguineis.
In America *septentrionali*.

Chloris. 27. L. flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor basi luteis. Grünfink.
In Europa.

110. EMBERIZA. *Rostrum* conicum.
Mandibulae basi deorsum a se invicem discedentes: inferiore lateribus inflexo-coarctata, superiore angustiore.

nivalis. 1. E. remigibus albis: primoribus extrorsum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. Schneeammer.

In

In alpibus Lapponiae, Spitzbergae, *ad sinum* Hudsonis; *intensiore hyeme etiam in* Germaniam *migrans.*

Miliaria. 3. E. grisea, subtus nigro-maculata, orbitis rufis. Grauer Ammer.
In Europa.

Hortulana. 4. E. remigibus nigris: primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorsum nigris. Ortolan.
In Europa.

Critinella. 5. E. rectricibus nigricantibus; extimis duabus latere interiore macula alba acuta. Goldammer.
In Europa.

Cia. 11. E. rufescens, capite lineis nigricantibus sparsis, superciliis albis.
In Europa *australi.*

Schoeniclus. 17. E. capite nigro, corpore griseo nigroque, rectricibus extimis macula alba cuneiformi.
In Europae *arundinetis.*

112. FRINGILLA. *Rostrum* conicum, rectum, acuminatum.

coelebs. 3. F. artubus nigris, remigibus vtrinque albis; tribus primis immacularis, rectricibus duabus oblique albis. Buchfink.
In Europa.

Montifringilla. 4. F. alarum basi subtus flavissima. Bergfink.
In Europae *silvis.*

Carduelis. 7. F. remigibus antrorsum luteis: extima immaculata, rectricibus duabus extimis medio reliquisque apice albis. Stieglitz. Distelfink.
In Europae *juniperetis.*

Citrinella. 16. F. subvirescens, dorso fusco-maculato, pedibus incarnatis.
In Europa *australi.*

Serinus. 17. F. subvirescens, mandibula inferiore albida, dorso lateribusque fusco-maculatis, fascia alarum flava.
In Europa *australi.*

Canaria. 23. F. roſtro corporeque albo-flavicante, rectricibus remigibusque vireſcentibus, roſtro albido. Canarienvogel.
In Canariis *inſulis.*

Spinus. 25. F. remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus baſi flavis apice nigris. Zeiſichen.
In Europae Iuniperetis.

flammea. 26. F. fuſca, criſta flammea.
In Europa.

cannabina. 28. F. remigibus primoribus rectricibusque nigris vtroque margine albis. Hänfling.
In Europa.

Linaria. 29. F. remigibus rectricibusque fuſcis margine obſolete pallido, litura alarum albida.
In Europa.

Petronia. 30. F. griſea, ſuperciliis albis, gula lutea.
In Europa.

domeſtica. 36. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, faſcia alarum alba ſolitaria. Sperling. Spatz.
In Europa *prope rura.*

montana. 37. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, alarum faſcia alba gemina. Baumſperling.
In Europa.

113. MUSCICAPA. *Roſtrum* ſubtrigonum, vtrinque emarginatum, apice incurvo; *vibriſſae* patentes verſus fauces.
Nares ſubrotundae.

Atricapilla. 9. M. nigra, ſubtus frontisque macula alarumque ſpeculo albis, rectricibus lateralibus extus albis.
In Europa.

Griſola. 20. M. ſubfuſca, ſubtus albicans, collo longitudinaliter maculato, criſſo ruſeſcente.
In Europa.

114. MO-

114. MOTACILLA. *Rostrum* subulatum, rectum: mandibulis subaequalibus.
Nares obouatae.
Lingua lacero-emarginata.

Luscinia. 1. M. rufo-cinerea, armillis cinereis. Nachtigall.
In Europae *frondosis.*

modularis. 3. M. supra griseo-fusca, tectricibus alarum apice albis, pectore caerulescente-cinereo. Grasmücke. Baumnachtigall.
In Europa.

Curruca. 6. M. supra fusca, subtus albida, rectricibus fuscis: extima margine tenuiore alba.
In Europa, *noctu cantillans.*

Ficedula. 10. M. subfusca, subtus alba, pectore cinereo maculato.
In Europa.

alba. 11. M. pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. Weiße Bachstelze.
In Europa.

flava. 12. M. pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. Gelbe Bachstelze.
In Europa.

Oenanthe. 15. M. dorso cano, fronte alba, oculorum fascia nigra. Weiskehlchen.
In Europae *apricis lapidosis.*

Rubetra. 16. M. nigricans, superciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flavescente. Braunkehlchen.
In Europa *vsque in Spitzbergam.*

Rubicola. 17. M. grisea, subtus rufescens, jugulo fascia alba, loris nigris.
In Europae *sepibus.*

Atricapilla. 18. M testacea, subtus cinerea, pileo obscuro. Klosterwenzel.
In Europa.

Phoenicurus. 34. M. gula nigra, abdomine caudaque rufis, capite dorsoque cano. Schwarzkehlchen.

In Europae *muris*, *egregie cantillans.*

Erithacus. 35. M. dorso remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis.
In Europa.

suecica. 37. M. pectore ferrugineo fascia caerulea, rectricibus fuscis versus basin ferrugineis. Blaukehlchen.
In Europae *alpinis.*

Rubecula. 45. M. grisea, gula pectoreque ferrugineis. Rothkehlchen.
In Europa.

Troglodytes. 46. M. grisea, alis nigro cinereoque vndularis. Zaunkönig
In Europa, *nidificat sub terra.*

Regulus. 48. M. remigibus secundariis exteriori margine flavis, medio albis, vertice luteo.
Habitat in Europa.

Trochilus. 49. M. cinereo-virens, alis subtus tectricibus flavescentibus, superciliis luteis.
In Europa, Asia, America.

116. PARUS. *Rostrum* integerrimum, basi setis tectum.
Meise. *Lingua* truncata, setis terminata.

cristatus. 2. P. capite cristato, collari nigro, ventre albo. Haubenmeise.
In Europa.

major. 3. P. capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. Kohlmeise.
In Europa.

caeruleus. 5. P. remigibus caerulescentibus: primoribus margine exteriore albis, fronte alba, vertice caeruleo. Blaumeise.
In Europa.

palustris. 8. P. capite nigro, dorso cinereo, temporibus albis.
In Europa.

caudatus. 11. P. vertice albo, cauda corpore longiore. Schwanzmeise.
In Europa.

biar-

biarmicus. 12. P. vertice cano, cauda corpore longiore, capite barbato.
In Europa.

penduli-nus. 13. P. capite fubferrugineo, fafcia oculari nigra, remigibus rectricibusque fufcis margine vtroque ferrugineo. Beutelmeife. Pendulinmeife.
In Polonia, Hungaria, Italia.

117. HIRUNDO. *Roftrum* minimum, incurvum, fubulatum, bafi depreffum.
Schwalbe.
Rictus capite amplior.

ruftica. 1. H. rectricibus, exceptis duabus intermediis, macula alba notatis. Rauchschwalbe.
Habitat in Europae *domibus intra tectum.*

efculenta. 2. H. rectricibus omnibus macula alba notatis.
Habitat in China *ad ripas*, *nidis gelatinofis efculentis*, *factis e mollufcis.*

vrbica. 3. H. rectricibus immaculatis, dorfo nigro-caerulefcente, tota fubtus alba. Hausschwalbe.
In Europa, *extra domorum parietes fub tecto.*

riparia. 4. H. cinerea, gula abdomineque albis. Uferschwalbe
In Europae *collibus arenofis abruptis*, *foramine ferpentino.*

Apus. 6. H. nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis. Mauerschwalbe. Steinschwalbe.
In Europae *altis.*

Pratinco-la. 12. H. femoribus feminudis.
Ad littora Europae *auftralioris. Media quafi inter Hirundines et Grallas.*

118. CAPRIMULGUS. *Roftrum* modice incurvum, minimum, fubulatum, bafi depreffum.
Vibriffae ad os ferie ciliari.
Rictus ampliffimus.
Lingua acuta, integerrima.

europaeus. 1. C. narium tubis obfoletis. Nachtschwalbe.
In Europa *et* America.



CLASSIS III.

AMPHIBIA.

Terribilia sunt opera Tua, o Domine!
In multitudine virtutis Tuae Te metientur contemtores tui.

PESSIMA, tetra, nuda, frigida aestuantium Animalia *Corde uniloculari uniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoscuntur.

AMPHIBIA, pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Vita tenaci, Cute nuda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco squalido, Veneno horrendo; non itaque in horum numerum sese jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque concessit: Aliis *Metamorphosin* subire; aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* nasci, aliis *nudos* foetus parere; aliis in *sicco humidoque* promiscue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis Pulmonibus tantum, aliis etiam Branchiis *respirare*; aliis praedam nisu astuve assequi, aliis fascino quasi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex structura agunt: *Testudines* muniuntur Testa; *Dracones* evolant Alis; *Lacertae* fugiunt Pedibus; *Ranae* absconduntur Loco; nec omnes Veneno prorsus carent, vt Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* surdos, a Piscibus separant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra reiectos, artuum ministerio expertes, omnium iniuriae expositos, armavit Natura conservatrix suis *armis*, horrentibus exsecrabili *Veneno*, pessimorum pessimo, in diuersis diverso. Sunt autem haec *Tela* dentibus simillima, sed extra maxillam superiorem collocata, proque lubitu exserenda et retrahenda, sacculo affixa saniei, quam vulnere inflant in sanguinem, tum diri effectus caussam, caeterum inertem; sicque Catonia haec morsu virus habent, et fatum dente minantur, pocula morte carent, prout

ut ſolide *Redi.* Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quae ipſis ſupereſſent, nimium ſaevirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, vt dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit Indis *Ichneumonem* cum *Ophiorrhiza*, Americanis *Suem* cum *Senega*, Europaeis *Ciconiam* cum *Olea.* Venenatos ſerpentes *Marſii Pſyllique* Arabiae et Americae excantant *Ariſtolochiae* ſpeciebus teſte *Jacquinio* et *Forskohlio. Vide Amoen. acad.* 6. p. 197.

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, iuvat etiam vterque connumeratus ab ano vtrinque. Longitudo illuſtrat, et Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata Cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire iubent Pulmones arbitrarii, (*) latere etiam Branchiis, non liberis, ſed adnatis reſpirantes; Mareſque Pene duplici inſidentes Feminis, ovis concatenatis foetis, foedaque cutis, Oſſaque cartilaginea, caetera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine, Tetrodonte.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri. *Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit et delineavit, ſed mul iplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbaeus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit. *Gronovius* et *Garden* verum horum numerum auxerunt.

CHA-

(*) Branchiae *horum pectinatae vt Piſcium, ſed adnatae vaſi arcuato cylindrico tubuloſo, absque radio oſſeo, nec piſcium ſimiles, niſi externa figura*; Branchioſtegorum *piſcium propria ſtructura, eorum larvae ſingulares, foetus fere extra ovum, defectus pinnarum ventralium mihi perſuaſere literis, a D. D. Garden in America habitante, petere, vellet diſſecare Diodontis reſpirationis organa et inquirere numne Pulmones haberent; ſtupefactus ipſe diſſecuit piſces, reperitque et Branchias externas, et pulmones internos quos deſcriptos et conſervatos remiſit, unde conſtit eos annumerandos Nantibus.*



CHARACTERES AMPHIBIORUM.

I. REPTILES pedati, ſpirantes ore:

119. TESTVDO *Corpus teſta munitum.* [15]
121. DRACO *Corpus Alis volatile.* [2]
122. LACERTA *Corpus (Teſta Aliſve) nudum, caudatum.* [49]
120. RANA *Corpus ſimiliter nudum, ecaudatum.* [17]

II. SERPENTES apodes, ſpirantes ore:

123. CROTALUS *Scuta abdominalia caudaliaque cum Crepitaculo.* [5]
124. BOA. *Scuta abdominalia caudaliaque absque Crepitaculo.* [10]
125. COLUBER *Scuta abdominalia; Squamae caudales.* [97]
126. ANGUIS *Squamae abdominales caudalesque.* [15]
127. AMPHISBAENA *Annuli abdominales caudalesque.* [2]
128. COECILIA *Rugae nudae laterales.* [2]

III. MEANTES pedati pulmonibus et branchiis ſimul praediti:

SIREN *bipes; branchiae extra corpus.* [1]

IV. NANTES pinnati: ſpirantes etiam branchiis lateralibus.

* *Spiracula compoſita ſ. plura.*

129. PETROMYZON *Spiracula* 7 lateralia. [3]
130. RAIA *Spiracula* 5 ſubtus. [9]
131. SQUALUS *Spiracula* 5 lateralia. [15]
132. CHIMAERA *Spiracula* 1 quadrifida. [2]

** *Spiracula ſolitaria.*

133. LOPHIUS *Pinn.* ventrales 2. *Os* denticulatum. [3]
134. ACIPENSER *Pinn.* ventrales 2. *Os* edentulum. [3]
139. CYCLOPTERUS *Pinn.* ventrales 2. in orbiculum digeſtae. [3]
135. BALISTES *Pinn.* ventrales 1. carinae inſtar poſita [8]

136.

136. OSTRACION *Pinn.* ventrales o. *Corpus* lorica ossea. [9]
137. TETRODON *Pinn.* ventrales o. *Abdomen* muricatum. [7]
138. DIODON *Pinn.* ventrales o. *Corpus* aculeatum. [2]
140. CENTRISCUS *Pinn.* ventrales vnitae. *Corpus* spina lotum. [2]
141. SYNGNATHUS *Pinn.* ventrales o. *Corpus* articulatum. [7]
142. PEGASUS *Pinn.* ventrales 2. *Rostrum* ciliato-dentatum. [3]

I. REPTILES.

Os respirans pulmonibus.
Pedes quatuor.

119. TESTUDO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, testa obtectum.
Os mandibulis nudis, edentulis.

coriacea. 1. T. pedibus pinniformibus muticis, testa coriacea, cauda angulis septem exaratis.
Habitat in mari mediterraneo, Adriatico *rarius.*

imbricata. 2. T. pedibus pinniformibus, testa cordata subcarinata serrata: scutellis imbricatis, cauda squamata.
In mari Americano, Asiatico.

Mydas. 3. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum binis, plantarum solitariis, testa ovata.
Habitat ad insulas Pelagi; *insulam* Adscensionis &c.

Caretta. 4. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, testa ovata acute serrata.
Habitat ad insulas Americanas.

orbicularis. 5. T. pedibus palmatis, testa orbiculata planiuscula.

Ha-

Habitat in meridionalibus Europae.

geometrica. 13. T. pedibus poſticis palmatis, teſtae ſcutellis elevatis truncatis.
Habitat in Aſia.

puſilla. 14. T. pedibus ſubdigitatis, teſta hemiſphaerica: ſcutellis convexis trapeziis margine ſtriatis diſco punctatis.
Ad Cap. b. ſpei.

120. RANA. *Corpus* tetrapodum, nudum, ecaudatum.

Pipa. 1. R. digitis anticis muticis quadridentatis, poſticis vnguiculatis.
Habitat Surinami. *Pullos e dorſo nidulantes excludit.*

Bufo. 3. R. corpore ventricoſo verrucoſo lurido fuſcoque. Kröte.
Habitat in Europae *nemoroſis ruderatis vmbroſis, imprimis Ucraniae, vbi praedatur ab Erinaceis.*

Rubeta. 4. R. corpore verrucoſo, ano obtuſo ſubtus punctato.
In Europa, *frequens poſt imbres.*

Bombina. 6. R. corpore verrucoſo, abdomine albido nigromaculato, plica gulari. Feuerkröte.
In Scania, Germania.

cornuta. 11. R palpebris conicis.
In Virginia. *Adſpectu horrenda.*

paradoxa. 13. R. femoribus poſtice oblique ſtriatis.
Habitat Surinami.

temporaria. 14. R. dorſo planiuſculo ſubangulato.
In Europa.

eſculenta. 15. R. corpore angulato, dorſo transverſe gibbo, abdomine marginato.
In Europae *fontibus.*

arborea. 16. R. corpore laevi: ſubtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fiſſis, vnguibus orbiculato-dilatatis. Laubfroſch.
Sub foliis arborum Europae, Americae, *muſcas in fauces revocans.*

121.

121. DRACO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, alatum: alis propriis.

volans. 1. D. brachiis ab ala diſtinctis.
In India, Africa.

praepos. 2. D. brachiis alae adnatis. †
Habitat in America.

122. LACERTA. *Corpus* tetrapodum, caudatum, nudum.

* *Cauda compreſſa; Corpore veſtito ſubſquamoſo.*

Crocodilus. 1. L. cauda compreſſa ſerrata, pedibus triunguiculatis, palmis pentadactylis, plantis tetradactylis palmatis. Crocodil.
In Africae, Aſiae, Americae *aquis.*

Monitor. 6. L. cauda carinata, corpore mutico maculis ocellatis.
In India.

** *Cauda verticillata.*

Ameiva. 14. L. cauda verticillata longa, ſcutis abdominis triginta, collari ſubtus ruga duplici.
In America.

agilis. 15. L. cauda verticillata longiuſcula ſquamis acutis, collari ſubtus ſquamis conſtructo.
In Europa, India.

*** *Cauda tereti imbricata, corpore breuiore.*

Chamaeleon. 20. L. cauda tereti brevi incurva, digitis duobus tribusque coadunatis.
In Africae, Aſiae, Hiſpaniae *auſtralis arboribus.*

Gecko. 21. L. cauda tereti mediocri, digitis muticis ſubtus lamellatis, corpore verrucoſo, auribus concavis.
In Indiis.

Stincus. 22. L. cauda tereti mediocri apice compreſſa, digitis muticis marginatis.
Habitat in montoſis Lybiae, Aegypti, Arabiae *petreae.*

**** *Cau-*

**** *Cauda tereti imbricata, corpore longiore.*

Iguana. 26. L. cauda tereti longa, sutura dorsali dentata, crista gulae denticulata.
In Indiis.

Marmorata. 31. L. cauda tereti longa, gula subcristata antice dentata, dorso laevi.
In Hispania, America.

aurata. 35. L. cauda tereti longiuscula, squamis rotundatis glabris, lateribus subfuscis.
In Jersea Anglorum, Cypro.

***** *Palmis tetradactylis; Corpore alepidoto nudo.*

vulgaris. 42. L. cauda tereti mediocri, pedibus unguiculatis, palmis tetradactylis, dorso linea duplici fusca.
In Europa, *larva sub aquis.*

aquatica. 43. L. cauda teretiuscula mediocri, pedibus muticis, palmis tetradactylis.
In Europae *aquis dulcibus, stagnis, fossis.*

palustris. 44. L. cauda lanceolata mediocri, pedibus muticis, palmis tetradactylis.
In Europae *aquis stagnantibus.*

Salamandra. 47. L. cauda tereti brevi, pedibus muticis, palmis tetradactylis, corpore poroso nudo.
In Europa *australiore.*

II. SERPENTES.

Os respirans tantum pulmonibus.
Pedes nulli, Pinnaeve natatoriae nullae.
Aures nullae.

125. CROTALUS. *Scuta* abdominalia.
Scuta squamaeque subcaudales.
Crepitaculum terminale caudae.

Scutis

Scutis Scutellis.

163. ♂ miliarius. 13 - 31. *In* Carolina.
192. ♂ horridus. 167 - 23. *In* America.
196. ♂ Duriffus. 172 - 21. *In* America.

124. BOA. *Scuta* abdominalia.
Scuta fubcaudalia (fine crepitaculo).

190. Contortrix. 150 - 40. *In* Carolina.
300. Conftrictor. 240 - 60. *In* Indiis.
323. Scytale. 250 - 70. *In* America.

125. COLUBER. *Scuta* abdominalia.
Squamae fubcaudales.

140. ♂ Vipera. 118 - 22. *In* Aegypto. *Haec eft Vipera officinalis.* Natter.
183. ♂ Berus. 146 - 39. *In* Europa *frequens.*
184. ♂ Cherfea. 150 - 34. *In* Sueciae *depreffis.*
185. ♂ Prefter. 152 - 32. *In* Europa *feptentrionali.*
230. Natrix. 170 - 60. *In* Europa; *in fimetis pariens.*
253. ♂ Naja. 193 - 60. *In* India *orientali.* Brillenfchlange.

126. ANGUIS. *Squamae* abdominales et
Squamae fubcaudales.

— quadrupes — A. pedibus quatuor. *In* Iava.
60. bipes 100 - 60. Pedes 2. breviffimi didactyli ad anum. *In* Indiis.
270. fragilis 135 - 135. *In* Europa.

127. AMPHISBAENA. *Annuli* trunci caudaeque.

230. fuliginofa 200 - 30. A. albo nigroque varia. *In* America.

128. CAECILIA. *Rugae* trunci caudaeque.
Labium fuperius tentaculis 2.

135. tentaculata. 135 - 0. *In* America.

III. MEANTES.

Branchiae et Pulmones simul.
Pedes bini.

SIREN. *Branchiae* extra corpus.
Corpus caudatum.
Pedes vnguiculati.

lacertina. 1 In Carolinae paludosis.
Conf. *Amoenit. acad*, VII. p. 25. *Tab.* 25. *Systema nat.* I, 2. *in Addendis. Acta anglic. vol.* 56. p. 189. *tab.* 9. Hannöver. Magazin 1769. pag. 529. Physikalisch-ökonom. Biblioth. I. pag. 205.

IV. NANTES.

Branchiae et pulmones simul, arbitrarie respirantes.
Pinnae radiis cartilagineis.

129. PETROMYZON. *Spiracula* VII ad latera colli.
Branchiae nullae.
Fistula in vertice.
Pinnae pectorales aut ventrales nullae.

marinus. 1. P. ore intus papilloso, pinna dorsali posteriore a cauda distincta. Lamprete.
In mari Europaeo.

fluviatilis. 2. P. pinna dorsali posteriore angulata. Neunauge.
In fluviis Europae.

branchialis. 3. P. pinna dorsali posteriore lineari, labio oris posteriore latere lobato.
In aquis dulcibus Europae, *branchiis piscium inhaerens.*

130. RAJA. *Spiracula* V ſubtus ad collum.
Rochen. *Corpus* depreſſum.
Os ſub capite.

* *Dentibus acutis.*

Torpedo. 1. R. tota laevis: Krampffiſch.
In ſinu Perſico, M. mediterraneo.

Oxyrinchus. 3. R. varia, dorſo medio tuberculis decem aculeatis.
In M. mediterraneo & O. Europaeo.

** *Dentibus obtuſis.*

Paſtinaca. 7. R. corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda et dorſo apterygio.
In Europa.

131. SQUALUS. *Spiracula* V ad latera colli.
Hay. *Corpus* oblongum teretiusculum.
Os in anteriore capitis parte.

* *Dorſo ſpinoſo: pinna ani nulla.*

Acanthias. 1. S. pinna anali nulla; dorſalibus ſpinoſis, corpore teretiusculo.
In Oceano Europaeo.

Squatina. 4. S. pinna anali nulla; caudae duabus; ore terminali; naribus cirroſis.
In Oceano Europaeo.

** *Dorſo mutico, dentibus acutis; cum pinna ani.*

Zygaena. 5. S. capite latiſſimo transverſo malleiformi. Hammerfiſch. Jochfiſch.
In Europa, America.

Galeus. 7. S. naribus ori vicinis; foraminibus ad oculos.
In Oceano Europae.

Catulus 10. S. dorſo ocellato mutico, pinnis ventralibus concretis, dorſalibus caudae approximatis, capite punctato.
In Oceano Europae.

maximus. 11. S. dentibus conicis; pinna dorſali anteriore majore.
In Oceano Arctico.

Carcharias. 12. S. dorso plano, dentibus serratis.
In Europa.

*** *Dentibus granulatis.*

Pristis. 15. S. pinna ani nulla, rostro ensiformi osseo plano vtrinque dentato. Sägefisch.
In Oceano Europae.

132. CHIMAERA. *Spiracula* solitaria, quadripartita, sub collo.
Oris labium superius quinque partitum.
Dentes primores incisores bini supra infraque.

monstrosa. 1. C. rostro subtus plicis pertusis.
In mari Atlantico.

133. LOPHIUS. *Spiracula* solitaria, pone brachia.
Dentes plurimi, minuti.
Pinnae pectorales brachiis insidentes.
Branchiae tres tantum. *Arted.*

piscatorius. 1. L. depressus, capite rotundato.
In Oceano Europaeo. *Rana piscatrix.*

134. ACIPENSER. *Spiracula* lateralia solitaria, linearia.
Os sub capite, retractile, edentulum. *Cirri* sub rostro, ante os.

Sturio. 1. A. cirris 4, squamis dorsalibus 11. Stöer.
In mari Europaeo.

Ruthenus. 2. A. cirris 4, squamis dorsalibus 15. Sterlet.
Habitat in Rutheno.

Huso. 3. A. cirris 4, squamis dorsalibus 13, caudalibus 43. Hausen.
In Danubio, Wolga, *fluviisque aliis Imperii* Ruthenici.

135. BALISTES. *Caput* compressum.
Dentes vtriusque 8; horum anteriores 2 longiores. Vtrinque 3 interio-

interiores, intra totidem laterales, adpressi.
Apertura supra pinnas pectorales.
Corpus compressum squamis corio coadunatis. *Abdomen* carinatum.

Monoceros. 1. B. pinna capitis uniradiata, radiis caudalibus carinatis. D. 1, 46. P. 14. V. 0. A. 50. C. 12.
Habitat in Asia, America.

hispidus. 2. B. pinna capitis vniradiata, rostro subulato, pinna caudae ocello nigro. D. 1, 30. P. 14. V. 1. A. 29. C. 12.
In Carolina.

136. OSTRACION. *Caput: Dentes* vtrobique 10 porrecti, teretes, obtusiusculi.
Apertura linearis.
Corpus osse integro loricatum.
Pinnae ventrales nullae.

triqueter. 1. O. trigonus muticus. D. 10. P. 12. V. 0. A. 10. C. 10.
In India.

tricornis. 4. O. trigonus, spinis frontalibus duabus; dorsali vnica.
In India.

cornutus. 6. O. tetragonus, spinis frontalibus subcaudalibusque binis. D. 9. P. 10. V. 0. A. 9. C. 10.
In India.

137. TETRODON. *Caput: Maxillae* osseae, porrectae, apice bipartitae.
Apertura linearis.
Corpus subtus muricatum.
Pinnae ventrales nullae.

testudineus. 1. T. abdomine plano laeviore, dorso suturis curvis albis picto.
In India.

lagocephalus. 2. T. abdomine aculeato, corpore laevi, humeris prominentibus.
In India.

hispidus. 6. T. totus hispidus papillis setaceis.
In India.

Mola. 7. T. laevis compressus, cauda truncata: pinna brevissima dorsali analique annexa.
In M mediterraneo.

138. DIODON. *Caput:* maxillae osseae, porrectae, indivisae.
Apertura linearis.
Corpus spinis acutis mobilibus vndique adspersum.
Pinnae ventrales nullae.

Atringa. 1. D. sphaericus, aculeis triquetris. D. 14. P. 21. V. o. A. 6? C. 10.

Hystrix. 2. D. oblongus, aculeis teretibus. D. 14. P. 22. V. o. A. 14. C. 9.
Habitat ad Cap. b. spei.

139. CYCLOPTERUS. *Caput* obtusum.
Klebpfost. *Dentes* maxillares.
Hasspadde. *Membr. branch.* rad. IV.
Pinnae ventrales in orbiculum connatae.

Lumpus. 1. C corpore squamis osseis angulato. D. o, 21. P. 20. V. 6. A. 10. C. 9.
In Europa & indiis.

140. CENTRISCUS. *Caput* productum in Rostrum angustissimum.
Apertura repanda.
Abdomen carinatum.
Pinnae ventrales vnitae.

Scutatus. 1. C. dorso loricato laevi. D. 3, 9. P. 10. V. 6. A. 11. C. 9.

141. SYNGNATHUS. *Caput*: *Rostrum* subcylindricum, ore operculato, maxilla inferiore.
Apertura branchiarum operculis clausis;

claufis; nucha foramine fpirans.
Corpus cataphractum.
Pinnae ventrales nullae.

Typhle. 1. S. pinnis caudae ani pectoralibusque radiatis, corpore fexangulato. D. 36. P. 14. V. o. A. 3. C. 10.
Habitat in Europa.

Acus. 2. S. pinnis caudae ani pectoralibusque radiatis, corpore feptem-angulato. D. 38. P. 12. V. o. A. 5. C. 10. Meernadel. Sacknadel.
In Europa.

Hippocampus. 7. S. pinna caudae quadrangulae nulla, corpore feptem-angulato tuberculato. D. 20. P. 18. V. o. A. 4. C. o. Seeraupe. Seepferdchen.
In Pelago.

142. PEGASUS. *Caput: os* proboscide retractili; maxilla fuperiore denticulata, fub roftro enfiformi, lineari.
Apertura branchiarum ante pinnas pectorales.
Corpus articulatum offeis incifuris, cataphractum.
Pinnae ventrales abdominales.

draconis. 1. P. roftro conico. D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. 13.
In India.





CLASSIS IV.

PISCES.

Quis nisi vidisset, pisces habitare sub vnda crederet.

AQUEI elementi muti surdique volucres compendiosissimi respirant *Branchiis* arcu osseo innexis, natant *Pinnis* radiatis, vestiuntur *squamis* cartilagineis.

INSTRUUNTUR Capite, Thorace, Abdomine, Cauda, Pinnis; Cerebro Medullaque spinali, Corde vniloculari vniaurito, Branchiis, Diaphragmate, Hepate Vesiculaque fellea, Liene, Pancreate, Renibus Vesicaque vrinaria, Vesiculis seminalibus Ovariisve, Intestinis coecoque, Membrana nictitante; imo et naribus, modo vere talibus; plerisque etiam Vesica natatoria.

DESTITUUNTUR Palpebris, Auribus, Auriculisque, Collo, artuum brachiis Tibiisque, Pene Vulvave.

DIVIDITUR horum corpus externum in *Caput*, *Truncum*, *Pinnas*.

CAPUT compressum (Cathetoplateum) s. depressum (Plagioplateum), nudum, squamosum, laeve, spinosum s. muticum.

Os labiis carnosis, aut osseis clausile.

Dentes saepe in Maxillis, Palato, Lingua, Fauce.

Oculi 2, nudi, membrana *nictitante*; *Pupilla* crystallina globosa.

Nares? pertusae, binae geminatae, minus prominentes.

Cirri filiformes, mollusci, labiis saepius inserti, praetentantes.

Aperturae branchiarum per *branchias* in os hiantes, instructae *operculis pinnaque branchiostega*.

Opercula branchias tegentia, aperturas claudentia.

Branchiae extus spirantes comprimendae, saepius 4, radio arcuato osseo adnatae, radiis liberis pectinatae.

TRUN-

TRUNCUS teres, compressus, depressus; squamosus s. nudus (*alepidotus*) mucosus; oblongus, postice angustatus in Caudam; *Squamae* plerisque cartilagineae, rarius ciliatae, nonnullis osseae, vt piscis loricatus evadat Cataphractus.

Linea lateralis vtrinque, distincta a linea *interstitiali*, saepius ex glandulis *punctata*, rarius *loricata*, vtraque *recta* aut *curvata*; in quibusdam Caudam vtrinque carinatam constituens.

Thorax refertus Corde intra Pericardium suum.

Abdomen costatum Visceribus, Intestinis, Vesicula aërea; Genitura ovisve repletum.

Anus abdomen terminans, communis Intestinis, Vesicae et Genitalibus.

Cauda postica Trunci pone anum, solida, musculosa.

PINNAE membranaceae explicandae *Radiis* cartilagineis: qui *spinosi* duriores, ossei, simplices, pungentes *acanthopterygiis*; *musici* flexiles, tendinei, dichotomi *malacopterygiis*.

Branchiostegae sub operculis branchiarum pares, plicatiles, radiata membrana; haec Artedio primaria.

Dorsalis dorso longitudinalis imposita, impar; saepe 1, rarius 2, paucissimis 3.

Adiposa, dorsalis spuria, radiis destituta; impar.

Pectorales ad latera thoracis positae, pares.

Ventrales corpori subtus annexae, inter caput et anum, pares.

Analis pone anum, sub cauda, longitudinalis, impar.

Caudalis terminalis, perpendicularis, impar: *rotunda*, *integra*, *bifurca*, s. lunata, *cuneata*.

PISCES hi muti surdique aetheris sonum *non audiunt*, aeris licet tremorem sentiant, *Respirant* latere extrorsum aquam, *Movent* se pinnis explicatis, dum *Caudali* propelluntur, *Dorsali Analique* tanquam Gubernaculo reguntur, *Pectoralibus* tanquam Alis attolluntur, *Ventralibus* tanquam Pedibus insistunt. *Fugiunt* natatu diversimodo; *Defenduntur* Spinis tanquam murice; *victitant* Muco, Insectis, Vermibus, Cadaveribus, Pisciculis, Plantis.

Historia horum ex Structura, Alimento, Solo, Moribus, Migrationibus et Usu in Piscatura, Culina, Oeconomia, Mechanica, Medicina.

LOCUS omnium aquaticus est; forte etiam omnes marini; sed alii imprimis *lacustres* aquas dulces inhabitantes; varii etiam *fluviatiles*, saepe e mari adscendentes; plurimi mere *marini*, qui aquas dulces non ferunt; horum plerique littora adeunt pro generandis & pariendis ovis, calidiore aqua excludendis, nisi mere *pelagici* natantibus ovis, a littoribus semper alieni, sed omnium alii *diurni*, alii *nocturni*; alii plerique natant in aquis, hi vero saepius in fundo pascuntur. Alii demum subsolitarii vagantur, alii gregarim degunt. Disseminantur ab Anatibus.

CONSERVANTUR in *spiritu vini*, vel dimidiati excoriati exsiccati adglutinati, aut *gypso* pulcerrime farcti verniceque obducti, more cl. *Schefferi*.

USUS: victus tenuis e piscibus nuper enectis, thoracicis, exercitatis, inprimis assatis, Veteribus in pretio *Mullus*, *Scarus*, *Aurata*, *Iulis*, *Sphyraena*, *Muraena*, Hodiernis in deliciis *Carpio*, *Carassius*, *Aspius*, *Brama*, *Salmo*.

ICHTHYOLOGI practici *Bellonius* 1552, *Rondeletius* 1554, *Salvianus* 1554, *Gesnerus* 1558, *Aldrovandus* 1605, *Willughbaeus* 1685, *Rajus* 1710, *Seba* 1760. Theoretici *Artedi! Nos*, *Gronovii*, *Hasselquist*, radios pinnarum observarunt; at *Valentynus* defectum artis exposuit; *Catesbaeus* pulchre quosdam depinxit americanos. *Garden* P. Carolinae descriptos misit. Synonyma ab *Artedio* petenda, ego itaque ea seposui.

DESCRIPTIONES sistant praecipue *Corpus* compressum s. depressum; squamosum s. alepidotum, acanthopterygium s. malacopterygium; *cirros*, *Lineam lateralem*, *Pinnas* Branchiales, Dorsalem, Pectorales, Ventrales, Analem, Caudalem cum *radiis* spinosis s. muticis, integrum s. divisam, sed praeprimis *Dentes* & oris instrumenta, vt Generum characteres perficiantur.

DIVISIONEM piscium, artis normam, a variis partibus tentarunt varii. Recentiorum immortalis Artedi Spinosos *Acanthopterygios* & Inermes *Malacopterygios* secundum Membranam *Branchiostegam* secutus est, sed deseruit non semel in bivio constitutum; propriam itaque tentavi viam a PEDIBUS *ante Alas*, *sub Alis*, *pone Alas* sitis.

Pinnae

Pinnae *ventrales nullae* omnino APODES. 1.
-- -- *ante* pinnas Pectorales IUGULARES. 2.
-- -- *sub* pinnis Pectoralibus THORACICI. 3.
-- -- *pone* pinnas Pectorales ABDOMINALES. 4.

CHARACTERES PISCIUM.

I. APODES.

143. MURAENA — Aperturae *branchiarum ad latera thoracis.* [7]
144. GYMNOTUS — Dorsum *apterygium.* [5]
145. TRICHIURUS — Cauda *aptera.* [1]
146. ANARHICHAS — Dentes *rotundati.* [1]
147. AMMODYTES — Caput *corpore angustius.* [1]
148. OPHIDIUM — Corpus *ensiforme.* [2]
149. STROMATEUS — Corpus *ovatum.* [2]
150. XIPHIAS — Rostrum *ensiferum.* [1]

II. IUGULARES.

151. CALLIONYMUS — Aperturae *branch. ad nucham.* [3]
152. URANOSCOPUS — Os *simum.* [1]
153. TRACHINUS — Anus *prope pectus.* [1]
154. GADUS — *Pinnae* pectorales *elongatae in acumen.* [17]
155. BLENNIUS — *Pinnae* Ventrales *didactylae muticae.* [13]

III. THORACICI.

156. CEPOLA — Os *simum.* Corpus *ensiforme.* [2]
157. ECHENEIS — Capitis *dorsum planum transversim sulcatum.* [2]
158. CORYPHAENA — Caput *antice truncato-obtusum.* [12 † 1]
159. GOBIUS — *Pinnae* Ventrales *coadunatae in pinnam ovatam.* [8]
160. COTTUS — Caput *corpore latius.* [6]
161. SCORPAENA — Caput *cirris adspersum.* [3]

162

162. ZEUS	Labium *superius membrana transversa fornicatum.* [4]
163. PLEURONECTES	Oculi *ambo in latere altero capitis.* [17]
164. CHAETODON	Dentes *setacei, confertissimi, flexiles* [23]
165. SPARUS	Dentes *validi, incisores s. molares.* [26]
166. LABRUS	*Pinna* Dorsalis *ramento post spinas notata.* [41]
167. SCIAENA	*Pinna* Dorsalis *in fossula recondenda.* [5]
168. PERCA	Opercula *branchiarum serrata.* [36]
169. GASTEROSTEUS	Cauda *lateribus carinata;* spinae *dorsales distinctae.* [11]
170. SCOMBER	Cauda *lateribus carinata;* Pinnulae *spuriae plures.* [10]
171. MULLUS	Squamae, *etiam capitis, laxae.* [3]
172. TRIGLA	Digiti *distincti juxta pinnas pectorales.* [9]

IV. ABDOMINALES.

173. COBITIS	Corpus *vix ad Caudam angustatum.* [5]
174. AMIA	Caput *nudum, osseum, scabrum.* [1]
175. SILURUS	Radius 1 *pinnae dorsalis Pectoralisumque dentatus.* [21]
176. TEUTHIS	Caput *antice truncatum.* [2]
177. LORICARIA	Corpus *cataphractum.* [2]
178. SALMO	*Pinna* Dorsalis *postica adiposa.* [29]
179. FISTULARIA	Rostrum *cylindricum operculo clausile.* [2]
180. ESOX	Mandibula *inferior longior, punctata.* [9]
181. ELOPS	Membr. branchiost. *duplex: exteriore minore.* [1]
182. ARGENTINA	Anus *caudae vicinus.* [2]
183. ATHERINA	Fascia *lateralis longitudinalis argentea.* [2]
184. MUGIL	Mandibula *inferior intus carinata.* [2]
187. MORMYRUS	Apertura branch. *linearis absque operculis.* [2]

185.

185. EXOCOETUS *Pinnae* Pectorales *longitudine corporis.* [2]
186. POLYNEMUS Digiti *distincti juxta pinnas pectorales.* [3]
188. CLUPEA Abdomen *carinatum serratum.* [11]
189. CYPRINUS *Membrana* Branchiostega *triradiata.* [31]

I. APODES.

Pinnae ventrales nullae.

143. MURAENA. *Caput* laeve. *Nares* tubulosae. *Membrana branchiostega* radiis X. *Oculi* cute communi tecti. *Corpus* teretiusculum, lubricum. *Pinna* caudae coadunata dorsali anique. *Spiracula* pone caput vel pinnas pectorales.

Helena. 1. M. pinnis pectoralibus nullis. Mürene.
Habitat in Europae, Americae *Oceano.*

Anguilla. 4. M. maxilla inferiore longiore, corpore vnicolore. D. 1000. P. 19. V. 0. A. 100 C-. Aal.
In Europa.

144. GYMNOTUS. *Caput* operculis lateralibus. *Tentacula* duo ad labium superius. *Oculi* cute communi tecti. *Membr. branch.* radiis V. *Corpus* compressum, subtus pinna carinatum.

Carapo. 1. G. nudus, dorso apterygio, pinna ani longitudine caudae attenuatae.
In America.

electri-

electricus. 2. G. nudus, dorso apterygio, pinna caudali obtusissima anali annexa. Zitterfisch.
In Surinamo *aliisque* Americae *meridionalis ostiis fluviorum.*

146. ANARHICAS. *Caput* obtusiusculum.
Dentes primores supra infraque conici, divergentes, sex pluresve.
molares inferiores, palatique rotundati.
Membr. branch. rad. VI.
Corpus teretiusculum. *Pinna* caudae distincta.

Lupus. 1. Anarhicas. D. 73. P. 20. V. 0. A. 45. C. 18.
In Oceano septentrionali Angliae, Balthico.

147. AMMODYTES. *Caput* compressum, corpore angustius. *Labium* superius duplicatum. Mandibula inferior angusta acuminata. *Dentes* acerosi.
Membr. branch. rad. VII.
Corpus teretiusculum squamis vix conspicuis. *Cauda* distincta.

Tobianus. 1. Ammodytes. B. 7. C. 54. P. 12. V. 0. A. 28. C. 15. Tobias.
In Europae *Oceano arenoso scaturiginoso.*

148. OPHIDIUM. *Caput* nudiusculum. *Dentes* maxillis, palato, faucibus.
Membr. branch. radiis VII, patula.
Corpus ensiforme.

imberbe. 2. O. maxillis imberbibus, cauda obtusiuscula. D. 79. P. II. V. 0. A. 41. C. 18. Mugnogen.
In Europa.

150. XIPHIAS. *Caput* maxilla superiore terminatum rostro ensiformi; *Os* edentulum.
Membr. branch. radiis VIII.
Corpus teretiusculum, alepidotum.

Gladius. 1. Xiphias. B. 7. D. 18, 3. P. 17. V. 0. A. 10, 3. C. 20. Schwerdtfisch.
In Oceano Europae.



II. IUGULARES.

Pinnae ventrales pectoralibus anteriores.

151. CALLIONYMUS. *Caput* labio superiore duplicato; *Oculi* approximati.
Membr. branch. radiis VI. *Apertura* nuchae foraminibus respirante. *Opercula* clausa.
Corpus nudum. *Pinnae ventrales* remotissimae.

Lyra. 1. C. dorsalis prioris radiis longitudine corporis. D. 4, 10. P. 18. V. 6. A. 10. C. 10.
In Mari Atlantico.

153. TRACHINUS. *Caput* minus laeve, compressum.
Membr. branch. rad. VI; operculorum *lamina* inferiore serrata.
Corpus: anus prope pectus.

Draco. 1. Trachinus. D. 5, 31. P. 16. V. 6. A. 32. C. 11. Petermänchen.
In Oceano *septentrionali*.

154. GADUS. *Caput* laeve.
Membr. branch. rad. VII, teretibus.
Corpus

Corpus oblongum squamis deciduis. *Pinnae* omnes cute communi vestitae: dorsales anique plures: radiis muticis. *Pectorales* in acumen attenuatae.

* *Pinnis dorsalibus tribus, ore cirroso.*

Aeglefinus. 1. G. tripterygius cirratus albicans, cauda biloba, maxilla superiore longiore. D. 15, 20, 19. P. 18. V. 6. A. 24, 21. C. 23. Schelfisch. *In Oceano* Europaeo.

Callarias. 2. G. tripterygius cirratus varius, cauda integra, maxilla superiore longiore. D. 15, 19, 19. P. 20. V. 6. A. 18, 18. C. 23. Dorsch. *In Oceano* Europaeo & Balthico.

Morrhua. 3. G. tripterygius cirratus, cauda subaequali, radio primo anali spinoso. D. 14, 18, 19. P. 19. V. 6. A. 17, 1. C. 44. Kabliau.

barbatus. 5. G. tripterygius cirratus, maxilla inferiore punctis vtrimque septem. D. 13, 24, 21. P. 19. V. 6. A. 30, 21. C. - -

** *Pinnis dorsalibus tribus, ore imberbi.*

Merlangus. 8. G. tripterygius imberbis albus, maxilla superiore longiore. D. 14. 20, 20 P. 17. V. 6. A. 30, 22. C - - Witling. Gadde.

Carbonarius. 9. G. tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta. D. 14. 20, 22. P. 18. V. 6. A. 22, 19. C - - Köhler.

Pollachius. 10. G. tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. D. 13, 19, 18. P. 16. V. 6. A. 27, 18. C - - Kohlmulein.

*** *Pinnis dorsalibus duabus.*

Lota. 14. G. dipterygius cirratus, maxillis aequalibus. D. 13, 76. P. 21. V. 7. A. 55. C. 30. Quappe, Trusche, Rutte. *In lacubus* Europaeis.

Mustela. 15. G. dipterygius cirratus, cirris 5, pinna dorsali priore exoleta. B. 7. D. 1, 48. P. 16. V. 7. A. 43. C. 25. Meerquappe.

155. BLENNIUS. *Caput* declive, tectum.
Membr. branch. rad. VI.
Corpus lanceolatum. *Pinnae ventrales* didactylae, muticae. Pinna ani diſtincta.

* *Caput criſtatum.*

Gattorugine. 5. B. pinnulis ſuperciliorum nuchaeque palmatis. D. 30. P. 13. V. 2. A. 21. C. 12.
In Europa.

** *Caput abſque criſtis.*

viviparus. 11. B. ore tentaculis duobus. D. 80. P. 19. V. 2. A. 66. C. - -
In mari Europaeo.

III. THORACICI.

Pinnae ventrales ſub ipſo thorace ſitae.

157. ECHENEIS. *Caput* pingue, nudum, depreſſum: ſupra planum, marginatum, tranſverſe ſulcato-ſerratum.
Sauger.
Membr. branch. radiis X.
Corpus nudum.

Remora. 1. E. cauda bifurca, ſtriis capitis 18. D. 22. P. 28. V. 5. A. 22. C. 16.
In Pelago Indico.

Neucrates. 2. E. cauda integra, ſtriis capitis 24. D. 37. P. 21. V. 5. A. 37. C. 16.
In Pelago Indico.

158. CORYPHAENA. *Caput* maxime truncato-declive.
Membr. branch. radiis V.
Corpus: Pinna dorſalis longitudine Dorſi.

H Hip-

Hippurus. 1. C. cauda bifida, radiis dorsalibus LX. D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 18.
In Pelago; *Nautis Dorado dictus.*

160. COTTUS. *Caput* corpore latius, spinosum.
Membr. branch. radiis VI.
Corpus - - -

cataphractus. 1. C. loricatus; corpore verrucis 2. bifidis, capite subtus cirroso. Steinbicker.
Habitat in mari Europaeo.

quadricornis. 2. C. verrucis capitis 4 osseis. D. 9, 14. P. 17. V. 4. A. 14. C. 12.
In mari Balthico.

Gobio. 6. C. laevis, capite spinis duabus. D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 13. C. 10. Rozkolbe. Kaulkopf.
Habitat in Europae *fluviis, rivulis, fundo arenoso s. saxoso.*

162. ZEUS. *Caput* compressum, declive: *Lab. superius* membrana transversa fornicatum.
Lingua subulata.
Membr. branch. radiis VII perpendicularibus; infimo transverso.
Corpus compressum.

Gallus. 2. Z. radio dorsali decimo analique secundo corpore longioribus. D. $\frac{10}{11}$ P. 20. V. 6. A. $\frac{1}{20}$ C. 17.
In America.

163. PLEURONECTES. *Caput: Oculi* ambo in eodem latere capitis.
Butte. Scholle.
Membr. branch. radiis IV-VII.
Corpus compressum, latere altero dorsum, altero abdomen referente.

* *Oculis a latere dextero.*

Hip-

Hippoglossus. 4. P. oculis dexteris, corpore toto glabro. D. 102. P. 16. V. 6. A. 78. C. 19. Hilligbutte.
In oceano europaeo.

Platessa. 6. P. oculis dextris, corpore glabro, tuberculis 6 capitis. D. 72. P. 12. V. 6. A. 51. C. 20. Scholle. Plateiß.
In mari Europaeo. *Corpus supra rubro maculatum.*

Flesus. 7. P. oculis dextris, linea laterali aspera, spinulis ad pinnas. D. 62. P. 12. V. 6. A. 43. C. 14. Flünder.
In M. Europaeo.

Limanda. 8. P. oculis dextris, squamis ciliatis, spinulis ad radicem pinnarum dorsi anique, dentibus obtusis. D. 79. P. 12. V. 6. A. 60. C.

Solea. 9. P. oculis dextris, corpore aspero oblongo, maxilla superiore longiore. D. 91. P. 9. V. 5. A. 74. C. 14. Zunge.

Lingulatula. 10. P. oculis dextris, ano sinistro, dentibus acutis. D. 68. P. 10. V. 6. A. 55. C. 19.
In M. Europaeo.

** *Oculis a latere sinistro.*

Rhombus. 12. P. oculis sinistris, corpore glabro. D. 76. P. 10. V. 6. A. 57. C - -
In Oceano Europaeo.

maximus. 14. P. oculis sinistris, corpore aspero. D. 64. P. 11. V. 6. A. 48. C. 16. Steinbutte.

Passer. 15. P. oculis sinistris, linea laterali sinistra auleata. D. 66. P. 9. V. 6. A. 50. C. - -

164. CHAETODON. *Caput*: *Dentes* setacei, flexiles, confertissimi, numerosissimi.
Membr. branch. radiis VI.
Corpus pictum. *Pinna* dorsi anique carnosa squamosa.

rostratus. 9. C. cauda integra, spinis pinnae dorsalis 9, macula-

culaque ocellari, roſtro cylindrico. D. $\frac{9}{39}$ P. 15. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{3}{24}$ C - - -
In India.

trioſtegus. 13. C. cauda ſubbifida, ſpinis dorſalibus 9, branchioſtega triradiata. D. $\frac{9}{32}$ P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.
In America.

165. SPARUS. *Caput:* *Dentes* inciſores vel laniarii robuſti; molares obtuſiuſculi, conferti. *Labia* duplicata.
Membr. branch. radiis V. *Opercula* ſquamoſa.
Corpus compreſſum. Linea *lateralis poſtice curvata.* Pinnae *pectorales rotundatae.*

* *Maculâ nigra notati.*

Aurata. 1. S. lunula aurea inter oculos. D. $\frac{11}{24}$ P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{14}$ C. 17.
In Mari mediterraneo *et* Oceano inter Europam Americamque.

Sargus. 3. S. ocello ſubcaudali, corpore faſciis nigris. D. $\frac{12}{26}$ P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{16}$ C. 17.
In M. infero: Romae, Genuae.

** *Rubri.*

Pagrus. 11. S. rubeſcens, cute ad radicem pinnarum dorſi et ani in ſinum producta.
In Europa *auſtrali.*

*** *Lineati.*

Chronis. 14. S. cauda bifida, radio ventralium ſecundo ſetaceo. D. 23. P. 17. V. 6. A. 12. C. - -
In Europa *auſtrali.*

**** *Varii.*

Dentex. 20. S. cauda bifida, corpore variegato, dentibus 4 majoribus B. 6. D. $\frac{12}{22}$ P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{11}$ C. 15.
In M. infero *et* ſupero, Cap. b. ſpei.

166.

166. LABRVS. *Caput:* *Dentes* acuti. *Labia* ſimplicia. *Membr. branch.* radiis VI. *Opercula* ſquamoſa.
Corpus: Pinnae *dorſalis* radii poſtice ramento filiformi aucti. *Pectorales* acuminatae. *Linea* lateralis recta.

Scarus. 1. L. appendicibus tranſverſis ad caudae latera.
In Graeciae *littoribus.* *Piſcis ſub Tiberio Claudio in deliciis, bodie obſcurus.*

Iulis. 15. L. lateribus caeruleſcentibus: vitta longitudinali fulva utrinque dentata. D. $\frac{9}{21}$ P. 13. V. $\frac{1}{6}$ A. 13. C. 12.
Habitat Genuae.

168. PERCA. *Caput:* *Opercula* ſquamoſa, ſerrata.
Membr. branch. radiis VII.
Corpus pinnis ſpinoſis.

fluviatilis. 1. P. pinnis dorſalibus diſtinctis: ſecunda radiis XVI. D. 14, 14. P. 13. V. 6. A. 11. C. 17.
Bars.
Habitat in Europae *lacubus imprimis.*

Lucioperca. 2. P. pinnis dorſalibus diſtinctis: ſecunda radiis XXIII. D. 14, $\frac{2}{23}$ P. 16. V. 6. A. 14. C. 17.
Zander. Sandbars. Schitl.

In Europae *lacubus.*

Aſper. 3. P. pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecundae radiis XIII. D. 14, 20. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{9}{13}$. C. 17.
In Europa *auſtraliore.* Zingel, *piſcis Danubii, varietas eſſe videtur.*

Labrax. 5. P. pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecundae radiis XIV. D. 9, $\frac{1}{14}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{3}{14}$. C. 18.
In Europa *auſtraliore.*

Cernua. 30. P. pinnis dorſalibus vnitis radiis 27, ſpinis 15, cauda bifida. D. $\frac{15}{28}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{2}{8}$ C. 17.
Kaulbars.
In Europae *lacubus.*

Schrätser. 31. P. pinnis dorsalibus unitis, lineis corporis nigris. D. $\frac{18}{32}$ P. 15. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{2}{7}$. C. 17. Schreitser.
In Europa *australi.*

169. GASTEROSTEUS. *Caput* - - -
Membr. branch. radiis III.
Corpus ad caudam utrinque carinatum. *Aculei* distincti ante pinnam dorsi. Pinnae *ventrales pone pectorales, sed supra sternum.*

aculeatus. 1. G. spinis dorsalibus tribus. D. 3, 12. P. 10. V. $\frac{1}{2}$ A. $\frac{1}{9}$. C. 12. Stichling.
In Europa.

Ductor. 2. G. spinis dorsalibus quatuor. B. 7. D. 4, 27. P. 18. V. 6. A. 16. C. 19.
In Pelago.

volitans. 9. G. spinis dorsalibus tredecim, cirris senis, pinnis pectoralibus corpore longioribus. B. 7. D. 13-12. P. 14. V. 6. A. $\frac{1}{9}$. C. 13.
In Amboina.

170. SCOMBER. *Caput* compressum, laeve.
Membr. branch. radiis VII.
Corpus laeve, linea laterali postice carinatum. *Pinnae spuriae* saepius versus caudam.

Scombrus. 1. S. pinnulis spuriis distinctis quinque. D. 11, 11. P. 18. V. 6. A. 12. C. - - Makrele.
In Oceano Atlantico, *visitans Medusis, ut congeneres.*

Thynnus. 3. S. pinnulis distinctis utrinque VIII. D. 14, 12. P. 32. V. 6. A. 13. C. 30. Thaunfisch.
In Pelago.

171. MULLUS. *Caput* compressum, declive, squamis tectum.

Membr.

Membr. branch. radiis III.
Corpus ſquamis magnis, facile deciduis.

barbatus. 1. M. cirris geminis, corpore rubro. D. 7, 9. P. 15. V. 6. A. 7. C. 16.
In mari mediterraneo, *et* oceano *ſeptentrionali.*

172. TRIGLA. *Caput* loricatum lineis ſcabris.
Membr. branch. radiis VII.
Corpus: digiti liberi ad pinnas pectorales.

Hirundo. 6. T. digitis ternis, linea laterali aculeata. D. 7, 19. P. 9. V. 6. A. 18. C. 11.
In Oceano atlantico.

volitans. 9. T. digitis vicenis membrana palmatis. D. 6, 8. P. 6. V. 5. A. 6. C. 18.
In mari mediterraneo, pelago *inter tropicos*, *in* Aſia, *imprimis ad* Cap. b. ſpei.



IV. ABDOMINALES.

Pinnae ventrales, pone thoracem, in abdomine ſitae.

173. COBITIS. *Caput: Oculi* in ſuprema capitis parte.
Membr. branch. radiis IV - VI. Opercula inferne clauſa.
Corpus fere aequale ſ. cauda verſus pinnam minus anguſtata.

Barbatula. 2. C. cirris 6, capite inermi, compreſſo. D. 8. P. 5. V. 7. A. 6. C. 16. - - Schmerling. Bartgründel.
In Europae, Aſiae *aquis dulcibus.*

Taenia. 3. C. cirris 6, ſpina ſuboculari. D. 7. P. 8. V. 7. A. 7. C. 16. Steinbeißer.

In Europae *aquis dulcibus; in cavernis subterraneis.*

fossilis. 4. C. cirris 8. spina supraoculari. D. 7. P. 11. V. 5. A. 5. C. 16. Peißker.
In Europa. *Thermometrum vivum.*

175. SILURUS. *Caput* nudum. *Os* cirris aliquot filiformibus tentaculatum.
Membr. branch. radiis IV-XIV.
Corpus: Radius pinnarum pectoralium aut dorsalis primus spinosus, retro-dentatus.

Glanis. 2. S. pinna dorsali unica mutica, cirris 6. B. 14. D. 4. P. $\frac{1}{18}$. V. 12. A. 88. C. 17. Wels.
In Oriente, *minus frequens in* Europae *lacubus.*

Ascita. 18. S. pinna dorsali postica adiposa, ani radiis 18, cirris 6. D. $\frac{1}{6}$, O. P. $\frac{1}{12}$. V. 6. A. 18. C. 18.
In India.

178. SALMO. *Caput* laeve. *Dentes* in maxillis, lingua.
Membr. branch. radiis IV-X.
Corpus: Pinna dorsalis postica *adiposa;* pinnae *ventrales* multiradiatae.

* TRUTTAE *corpore variegato.*

Salar. 1. S. rostro ultra inferiorem maxillam prominente. B. 12. D. 15. P. 14. V. 10. A. 13. C. 19. Lachs.
In Oceano Europae.

Trutta. 3. S. ocellis nigris iridibus brunneis, pinna pectorali punctis 6. D. 12. P. 13. V. 10. A. 9. C. 20. Lachsforelle.
In fluviis Europae.

Fario. 4. S. maculis rubris, maxilla inferiore sublongiore. B. 10. D. 14. P. 14. V. 9. A. 11. C. 20. Forelle.
In Sueciae, Helvetiae *lacubus.*

Hu-

Hucho. 5. S. oblongus, dentium lineis duabus palati, maculis tantum modo nigris. D. 14. P. 16. V. 10. A. - - C. 20. Huch.
In Danubio.

lacustris. 6. S. cauda bifurca, maculis solum nigris, sulco longitudinali ventris. Perpeln.
In Helvetiae, Norvegiae *aquis dulcibus*.

Carpio. 7. S. pede minor, dentium ordinibus quinque palati.
In Angliae, Vallesiae *fluviis*.

** Osmeri *pinna dorsali anique oppositis.*

Eperlanus. 13. S. capite diaphano, radiis pinnae ani XVII. D. 11. P. 11. V. 8. A. 17. C. 19. Stinte.
In Europa, *fluvios primo vere adscendens*.

*** Coregoni. *Dentibus vix conspicuis.*

Lavaretus. 15. S. maxilla superiore longiore, radiis pinnae dorsi XIV. B. 9. D. 14. P. 16. V. 12. A. 17. C. 18. Schnepel. Weisfisch.
In Europa.

Albula. 16. S. maxillis edentulis: inferiore longiore. B. 7. D. 14. P. 16. V. 12. A. 15. C. - -
In Europa.

Thymallus. 17. S. maxilla superiore longiore, pinna dorsi radiis XXIII. B. 10. D. 23. P. 16. V. 12. A. 14. C. 19. Aesche.
In Europae *fluviis maritimis*.

180. ESOX. *Caput* supra planiusculum: Mandibula superiore plana breviore: inferiore punctata. *Dentes* in maxillis, lingua.
Membr. branch. radiis VII-XII.
Corpus elongatum.

Lucius. 5. E. rostro depresso subaequali. D. 18. P. 11. V. 9. A. 15. C - - Hecht.
In Europa.

Belone. 6. E. rostro utraque maxilla subulato. B. 14. D. 16. P. 13. V. 7. A. 21. C. 23.
In Oceano Europaeo.

185. EXOCOETUS. *Caput* ſquamoſum. *Os* edentulum: maxillis utroque latere connexis.
Membr. branch. radiis X.
Corpus albicans. *Abdomen* angulatum. *Pinnae* pectorales maximae, volatiles, radiis antice carinatis.

volitans. 1. E. abdomine utrinque carinato. D. 13. P. 17. V. 7. A. 11. C. 15.
In Pelago, *Europaeo et Americano.*

188. CLUPEA. *Caput* maxillarum ſuperiorum myſtacibus ſerratis.
Membr. branch. radiis VIII. Branchiae interne ſetaceae.
Corpus: Abdominis carina ſerrata. *Pinnae ventrales* ſaepe novemradiatae.

Harengus. 1. C. immaculata, maxilla inferiore longiore. D. 18. P. 18. V. 9. A. 17. C. 18. Hering.
In mari Europaeo.

Sprattus. 2. C. pinna dorſali radiis XIII. D. 17. P. 16. V. 6. A. 19. C - -

Aloſa. 3. C. lateribus nigro maculatis, roſtro bifido. D. 19. P. 15. V. 9. A. 21. C. 19. Alſen. Mayfiſch. Sardellen.

Encraſicolus. 4. C. Maxilla ſuperiore longiore. Anſchovis.
In Oceano Europaeo.

189. CYPRINUS. *Caput* ore edentulo; *Os* naſale biſulcum.
Membr. branch. radiis III.
Corpus laeve, albens. *Pinnae ventrales* ſaepe novemradiatae.

* *Barbati ſ. ad os cirroſi.*

Bar-

Barbus. 1. C. pinna ani radiis 7, cirris 4, pinnae dorsi radio secundo utrinque serrato. D. $\frac{2}{12}$ P. 16. V. 9. A. 7. C. 16. Barbe.
In Europa *australi.*

Carpio. 2. C. pinna ani radiis 9, cirris 4, pinnae dorsalis radio secundo postice serrato. D. $\frac{2}{24}$. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19. Karpfe.

Gobio. 3. C. pinna ani radiis 11, cirris 2. D. 10. P. 16. V. 9. A. 11. C. 19. Gründling. Kresse.
In Anglia *et adjacentibus.*

Tinca. 4. C. pinna ani radiis 25, cauda integra, corpore mucoso. D. 10. P. 16. V. 9. A. 25. C. 24. Schleiche.
In Europae *lacubus et stagnis.*

** *Pinna caudae indivisa.*

Carassius. 5. C. pinna ani radiis 10, caudae integra, linea laterali recta. P. 15. V. 8. A. 9. c. 21. Karausche.
In Europae *stagnis.*

*** *Pinna caudae trifida.*

auratus. 7. C. pinna ani gemina, caudae transversa bifurca. D. $\frac{2}{18}$. P. 16. V. 9. A. 8, 8. C. 37. Goldfisch.
Habitat in Chinae, Iaponiae *fluviis.*

**** *Pinna caudae bifida.*

Phoxinus. 10. C. pinna ani radiis 8, macula fusca ad caudam, corpore pellucido. D. 8. P. 15. V. 8. A. 8. C. 19. Elritz.
In Europa.

Aphya. 11. C. pinna ani radiis 9, iridibus rubris, corpore pellucido. D. 10. P. 12. V. 7. A. 9. C. 19. Spirling.
In Europae *rivulis.*

Leuciscus. 12. C. pinna ani radiis 10, dorsali 9. D. 9. P - - V - - A. 10. C. 19.
In Europa *media.*

Dobula. 13. C. pinna ani dorsalique radiis 10. D. 10. P. 15. V. 9. A. 10. C. 19. Häsling. Hasel.
In Europa *media.*

Gris-

Grislagine. 14. C. pinna ani radiis 9, pinnis albentibus. D. 11. P. 11. V. 9. A. 11. C. 19.
In Europae *lacubus.*

Rutilus. 16. C. pinna ani radiis 12 rubicunda. D. 10. P. 12. V. 9. A. 15. C. 22. Rothauge. Weissfisch.
In Europae *lacubus.*

Orfus. 18. C. pinna ani radiis 13. D. 10. P. 19. V. 9. A. 13. C. - - Orf oder Urf.
In Rheno, Angliae *fluviis*, *lacubus.*

Nasus. 21. C. pinna ani radiis 14, rostro prominente. D. 11. P. 7. V. 9. A. 12. C. 25. Nase.

Alburnus. 24. C. pinna ani radiis 20. D 10. P. 14. V. 9. A. 21. C. - Weissfisch. Blicke.
In Europae *aquis dulcibus*; Danubio.

Brama. 27. C. pinna ani radiis 27, pinnis fuscis. D. 12. P. 17. V, 9. 27. C. 19. Brachsen.
In Europae *lacubus.*



CLAS-

CLASSIS V.

INSECTA.

In his tam parvis, atque tam nullis,
Quae ratio! quanta vis!
Quam inextricabilis perfectio!

Plin. XI. 2.

ANIMALCULA polypoda, *Spiraculis* lateralibus respirantia, *Cute* offea cataphracta; *Antennis* mobilibus sensoriis capitis instruuntur.

CORPUS horum dividitur in *Caput*, *Truncum*, *Abdomen*, *Artus*.

CAPUT plerisque distinctum, *instruitur* Oculis, Antennis, saepiusque Ore; *destituitur* Cerebro, Naribus, Auribus.

Oculi plerisque bini, absque palpebris, simplices aut compositi, quibus vident colores.

Antennae binae, articulatae, sensu nobis ignoto, sunt *setaceae*, *filiformes*, *moniliformes*, *clavatae*, *capitatae*, *fissiles*, *pectinatae*, *barbatae*, corpore *breviores*, *longiores*, *mediocres*.

Palpi articulati, ori affixi, plerisque quatuor. f. sex: articulis 2, 4, 3.

Os plerisque sub capite, quibusdam in pectore; *Rostro*, *Labio*, *Maxillis* transversis, *Dentibus*, *Lingua*, *Palato*; nonullis os nullum.

Stemmata verticis puncta tria elevata nitida.

TRUNCUS, inter Caput, et Abdomen, pedatus, *Thorace* supra *Dorso*, postice *Scutello*, subtus *Pectore Sternoque*.

ABDOMEN Ventriculo, Intestinis, Visceribusque foetum, incisuris 5, annulatum, *Spiraculis* porosis lateribus pertusum, supra *Tergo*, subtus *Ventre*, postice *Ano* terminatum.

ARTUS sunt *Cauda*, *Pedes*, plurimisque *Alae*:

Cauda abdomen terminans, est vel solitaria f. *bicornis*; simplex

plex f. armata *Forcipe*, *Furca*, *Seta*, *Chela*, f. *Aculeo* fimplici f. compofito, laevi f. ferrato.

Pedes Trunci Femoribus, *Tibiis*, Plantae *Tarfis*, Digitis *Unguibus*; Manus (*Chela*) nonnullis, fimplex Pollice mobili; Pofteriores pro ufu *curforii*, *faltatorii*, *natatorii*.

Alae duae f. quatuor, funt vel *planae*, *plicatiles*, *erectae*, *patentes*, *incumbentes*, *deflexae* f. *reverfae*, *dentatae*, *caudatae*, *reticulatae*, *maculis*, *fafciis*, *ftrigis*, *lineis*, *punctis pictae* f. *ftigmatibus* notatae, *ocellis* ornatae, idque vel in *primoribus* vel *fecundariis*, tam in *pagina fuperiore*, quam *inferiore*.

Elytra (alae fuperiores) cruftacea bina, faepius mobilia, *truncata*, *fpinofa*, *ferrata*: *fcabra*, *ftriata*, *porcata*, *fulcata*, *punctata*, tegentia alas inferiores. *Hemelytra* media quafi alas inter et elytra.

Halteres fub alis dipterorum ex petiolo capitati.

SEXUS *Mas* et *Femina* generant Perfecta.
Neutra nonnullis focietate foederatis.

METAMORPHOSIS plurimis triplex, mutanda ftructura, exutis ovi tunicis, una poft alteram.

OVUM fub minima mole veficaria excluditur.

LARVA (Eruca) fuccofa, mollior, maior, aptera, fterilis, tardior, apoda faepe, faepeque polypoda, vorax alimento proprio.

PUPA (Nympha) ficcior, coarctata, durior, *nuda* f. *folliculata*, faepe absque ore, quae vel *Pedata* 1. 2. 3. vel *Apoda* 4. 5.

1. *Completa* omnibus partibus agilis (Aranea, Acarus, Onifcus).

2. *Semicompleta* folis alarum rudimentis (Gryllus, Cicada, Cimex, Libellula, Ephemera).

3. *Incompleta* alis pedibusque immobilis (Apis, Formica, Tipula).

4. *Obtecta* thorace abdomineque diftincto corticata: (Lepidoptera) eaque vel nuda, vel folliculata.

5. *Coarctata* intra globum, (Mufca, Oeftrus).

IMA-

Imago revelata, declarata, perfecta, generans, agilis, antennis instructa.

triplex itaque structura et cognitio ejusdem animalis.

HAEC *Muta*, nisi alio proprio instrumento sonora, *Surda*, stridorem aetheris licet percipiant; *Plura* ubique plantarum speciebus, sed ob patentiorem sibi regionem in orbe pauciora: *Tropica*, *Arctica* et hodie ignota *Antarctica*; singula demum *Minima* annua, exceptis aquaticis, sed universa maximae molis animantia, effectuque pariter maxima, sed magis occulto magisque dispersо, ideoque minus coërcendo; totidem etenim sunt Naturae annui ministri, propriis negotiis peragendis praefixi, quot muniis sufficiant, proportionem inter plantas servando, erronea, superflua, mortua, putrida consumendo, aliis demum, imprimis avibus, in alimentum cedendo.

HABITANT insecta in iis tantum plantis, e quibus victitant, (non in quibus), occurrunt, unde saepius nomina *Trivialia* optima, ut ars cum *Politia naturae* combinetur; aliis alia muneribus praefixa praeparant, purgant, destruunt necessaria.

ENTOMOLOGI praestantiores figuris, proprietatibus, attributis inclaruere.

Veteres *Mouffetus*, *Aldrovandus*, *Jonstonus*.

Metamorphosii *Goedart*, *Meriana*; *Albinus*, *Frisch*, *Roesel!* *Wilkes*, *Ammiral*, *Harris*.

Philosophi *Schwammerdam*, *Reaumur!* *De Geer*, *Bonnet*.

Iconographi *Clerck*, *Hoeffnagel*, *Bradlaeus*, *Robert*, *Petiver*, *Schaeffer*.

Descriptores *Rajus*; *Fauna svecica* (edit. 2. Holm. 1761. oct.) *Museum Reginae*. Holm. 1764.

Monographi *Lister*, *Schaeffer*, *Clerck*.

Systematici *Systema naturae*. *Poda*, *Sulzer*, *Geoffroa*, *Scopoli*, *Gronovius*.

OR-

ORDINES Insectorum ab alis desumsi.

Alae 4	Superiores	crustaceae sutura recta. -		*Cleoptera* 1.
		semicrustaceae incumbentes.		*Hemiptera* 2.
	Omnes	imbricatae squamis -		*Lepidoptera* 3.
		membranaceae	ano inermi	*Neuroptera* 4.
			ano aculeato	*Hymenoptera* 5.
Alae 2,	Halteres loco posticarum - - -			*Diptera* 6.
Alae o	s. absque Alis et Elytris - - -			*Aptera* 7.

Quaeso ne haec legentes,
quoniam in his spernunt multa,
etiam relata fastidio damnent,
cum in contemplatione naturae
nil possit videri supervacaneum.

Plin.

CHARACTERES INSECTORVM.

I. COLEOPTERA.

* *Antennis clavatis extrorsum incrassatis.*

189. SCARABAEUS	*Antennae* clava fissili. *Tibiae* anticae dentatae. [87+2]	
190. LUCANUS	*Antennae* clava compressa: latere latiore fissili. [7]	
191. DERMESTES	*Antennae* clava perfoliata. Caput inflexum sub thorace vix marginato. [30]	
193. HISTER	*Antennae* clava solida. *Caput* retractile intra thoracem. [6]	
195. BYRRHUS	*Antennae* clava solida, ovata. [5]	
194. GYRINUS	*Antennae* rigidulae. *Oculi* quatuor. [2]	
203. ATTELABUS	*Caput* postice attenuatum. [13]	
202. CURCULIO	*Antennae* insidentes *Rostro* corneo. [95+2+1]	
196. SILPHA	*Thorax* Elytraque marginata. [35]	
198. COCCINELLA	*Antennae* clava obtusa. *Palpi* clava truncata. [49]	

** An-

** *Antennis filiformibus.*

201. BRUCHUS	*Antennae* filiformes, extrorsum crassiores. [7]
197. CASSIDA	*Corpus* ovatum. *Elytra* marginata. *Caput* tectum clypeo. [31]
192. PTINUS	*Thorax* caput recipiens. *Antennae* articulis ultimis longioribus. [6]
199. CHRYSOMELA	*Corpus* ovatum, immarginatum. [122 †2]
200. HISPA	*Antennae* porrectae, approximatae, fusiformes. [4]
215. MELOE	*Thorax* subrotundus. *Caput* gibbum, inflexum. [10†1]
214. TENEBRIO	*Thorax* marginatus. *Caput* exsertum: Corpus oblongum. [33†1]
207. LAMPYRIS	*Elytra* flexilia. *Thoracis* clypeus caput obumbrans recipiensque. [18]
216. MORDELLA	*Laminae* ad basin abdominis. *Caput* inflexum. [6]
217. STAPHYLINUS	*Elytra* dimidiata alas tegentia. *Vesiculae* 2 supra caudam exserendae. [26]

*** *Antennis setaceis.*

204. CERAMBYX	*Thorax* lateribus mucronato-callosus. [83†3†1]
205. LEPTURA	*Elytra* apice attenuata. *Thorax* teretiusculus. [25†1]
208. CANTHARIS	*Elytra* flexilia. *Abdomen* lateribus plicato-papillosum. [27]
209. ELATER	*Pectoris* mucro e poro abdominis resiliens. [38†1]
210. CICINDELA	*Maxillae* exsertae, dentatae. *Oculi* prominuli. [14]
211. BUPRESTIS	*Caput* intra thoracem retractum. [29† 1]
212. DYTISCUS	*Pedes* postici ciliati natatorii. [23]
213. CARABUS	*Thorax* obcordatus, postice truncatus: [43]
206. NECYDALIS	*Elytra* dimidiata; alis nudis. [11]
218. FORFICULA	*Elytra* dimidiata: alis tectis. *Cauda* forcipata. [2]

II. HEMIPTERA.

219. Blatta *Os* maxillosum. *Alae* coriaceae, planae. *Pedes* cursorii [10]
220. Mantis *Os* maxillosum. *Pedes* antici serrati: ungue unico. [14]
221. Gryllus *Os* maxillosum. *Pedes* postici saltatorii. [61]
222. Fulgora *Rostrum* inflexum. *Frons* producta, nanis. *Antherae* capitatae. [9]
223. Cicada *Rostrum* inflexum. *Pedes* postici saltatorii. [51]
224. Notonecta *Rostrum* inflexum. *Pedes* postici natatorii (ciliati) [3]
225. Nepa *Rostrum* inflexum. *Pedes* antici cheliferi. [7]
226. Cimex *Rostrum* inflexum. *Pedes* cursorii. [121]
227. Aphis *Rostrum* inflexum. *Abdomen* bicorne. [3]
228. Chermes *Rostrum* pectorale. *Pedes* postici saltatorii. [17]
229. Coccus *Rostrum* pectorale. *Abdomen* postice setosum maribus. [22]
230. Thrips *Rostrum* obsoletum. *Alae* incumbentes abdomini reflexili. [5]

III. LEPIDOPTERA.

231. Papilio *Antennae* extrorsum crassiores. *Alae* erectae. [273]
232. Sphinx *Antennae* medio crassiores. [47]
233. Phalaena *Antennae* introrsum crassiores. [460†7]

IV. NEUROPTERA.

234. Libellula *Cauda* forcipata. *Os* multi-maxillosum. *Alae* extensae. [21]
235. Ephemera *Cauda* setis 2. s. 3. *Os* edentulum. *Alae* erectae. [11]
238. Myrmeleon *Cauda* forcipata. *Os* bidentatum. *Alae* deflexae. [5]
236. Phryganea *Cauda* simplex. *Os* edentulum. *Alae* deflexae. [24]
237. Hemerobius *Cauda* simplex. *Os* bidentatum. *Alae* deflexae. [15|1]
239. Panorpa *Cauda* chelata. *Os* rostratum. *Alae* incumbentes. [4]

240.

240. RAPHIDIA *Cauda* filo 1. *Os* bidentatum. *Alae* deflexae. [3]

V. HYMENOPTERA.

241. CYNIPS *Aculeus* ſpiralis! [19]
242. TENTHREDO *Aculeus* ſerratus! bivalvis. [55]
243. SIREX *Aculeus* ſerratus ſub *abdominis* ſpina terminali. [7]
244. ICHNEUMON *Aculeus* exſertus! triplex. [77†1]
245. SPHEX. *Aculeus* punctorius *Alae* planae. *Os* elingue. [38]
246. CHRYSIS *Aculeus* punctorius. *Abdomen* ſubtus fornicatum. [7]
247. VESPA *Aculeus* punctorius. *Alae* ſuperiores plicatae. [28]
248. APIS *Aculeus* punctorius. *Lingua* inflexa! [55]
249. FORMICA *Aculeus* obſoletus. *Alae* neutris nullae! [18]
250. MUTILLA *Aculeus* punctorius. *Alae* neutris nullae! [10]

VI. DIPTERA.

251. OESTRUS *Os* clauſum ſ. nullum. [5]
252. TIPULA *Os* labiis lateribus. *Palpi* quatuor. [58]
253. MUSCA *Os* proboſcide edentulum. [129†1]
254. TABANUS *Os* proboſcide dentibusque conniventibus. [19]
255. CULEX *Os* roſtro nutante ſiphoniformi. *Stemmata* o. [7]
256. EMPIS *Os* roſtro inflexo. [5]
257. CONOPS *Os* roſtro porrecto geniculato. [13]
258. ASILUS *Os* roſtro porrecto ſubulato. [17]
259. BOMBYLIUS *Os* roſtro porrecto ſetaceo. [5]
260. HIPPOBOSCA *Os* roſtro ſubnutante breviſſimo. *Stemmata* o. [4]

VII. APTERA.

* *Pedibus ſex; Capite a Thorace diſcreto.*

261. LEPISMA *Cauda* ſetis exſertis. [3]
262. PODURA *Cauda* bifurca inflexa ſaltatrix. [14]
263. TERMES *Os* maxillis duabus [3]
264. PEDICULUS *Os* aculeo exſerendo. [40]

265. PULEX *Os* rostro inflexo cum aculeo. *Pedes* saltatorii. [2]

** *Pedibus 8--14. Capite Thoraceque unitis.*

266. ACARUS Oculi 2. Pedes 8. Palpi. [35†1]
267. PHALANGIUM Oculi 4. Pedes 8. Palpi chelati. [9]
268. ARANEA Oculi 8. Pedes 8. Palpi clavati. [47†1]
269. SCORPIO Oculi 8. Pedes 8. Palpi chelati. [6]
270. CANCER Oculi 2. Pedes 10. primo chelato. [87]
271. MONOCULUS Oculi 2. Pedes 12. decem chelatis. [9]
272. ONISCUS Oculi 2. Pedes 14. [15]

*** *Pedibus pluribus. Capite a Thorace discreto.*

273. SCOLOPENDRA *Corpus* lineare. [11]
274. IULUS *Corpus* subcylindricum. [8]



I. COLEOPTERA.

Elytra alas tegentia.

189. SCARABAEUS. *Antennae* clavatae capitulo fissili. *Tibiae* anticae saepius dentatae.
Käfer.

* *Thorace cornuto.*

Hercules. 1. S. scutellatus, thoracis cornu incurvo maximo: subtus barbato unidentato, capitis recurvato: supra multi-dentato.
Habitat in America: *Brasilia.*

Gideon. 2. S. scutellatus, thoracis cornu incurvo maximo subtus laevi apice bifido, capitis recurvato supra unidentato.
Habitat in Indiis.

Utrum hic sexu aut specie a priori differat, nondum constitit.

Actae-

Actaeon. 3. S. fcutellatus thorace bicorni, capitis cornu unidentato; apice bifido.
Habitat in America.

Atlas. 6. S. fcutellatus, thorace tricorni: antico brevisfimo, capitis cornu adfcendente.
Habitat in America.

** *Thorace inermi, capite cornuto.*

nasicornis. 15. S. fcutellatus, thorace prominentia triplici, capitis cornu incurvato, antennis heptaphyllis.
Habitat in Europae *vaporariis.*

Sacer. 18. S. exfcutellatus, clypeo fexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis pofticis ciliatis, vertice fubbidentato.
Habitat in Aegypto, Mauritania, Italia, Hifpania, Gallia.

nuchicornis. 24. S. exfcutellatus, thorace inermi rotundato, occipite fpina erecta armato.
Habitat in Europa.

fimetarius. 32. S. fcutellatus thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro.
Habitat in Europae *ftercoratis.*

*** Mutici *capite et thorace inermi.*

pilularius. 40. S. exfcutellatus muticus niger opacus laevis, fubtus aeneus, thorace poftice rotundato.
Habitat in Italia, Hifpania; *occupatus quotidie Sifyphi inftar volvit globum e ftercore imprimis humano confectum, fe faepius fepties m jorem, alter alterumve juvat.*

Melolontha. 60. S. fcutellatus muticus teftaceus, thorace villofo, cauda inflexa, incifuris abdominis albis. Maykäfer.
Habitat in Europa.

folstitialis. 61. S. fcutellatus muticus teftaceus, thorace villofo, elytris luteo pallidis: lineis tribus albis parallelis.
Habitat in Europa. *Volitat vefperi imprimis.*

auratus. 78. S. fcutellatus muticus auratus, fegmento abdominis primo lateribus unidentato, clypeo planiufculo. Goldkäfer.
Habitat in Europae *acervis formicarum, plantarum.*

190. LUCANUS. *Antennae* clavatae: clava compressa latere latiore pectinato-fissili.
Feuerschröter.
Maxillae porrectae, exsertae, dentatae.

Cervus. 1. L. scutellatus: maxillis exsertis apice bifurcatis latere unidentatis.
Habitat in Europae *ligno Quercino putrido.*

191. DERMESTES. *Antennae* clavatae: capitulo perfoliato: articulis tribus crassioribus.
Thorax convexus, vix marginatus.
Caput sub thorace inflexum condens.

Lardarius. 1. D. niger, elytris antice cinereis. Speckkäfer.
Habitat in Europae *animalibus, lardo, carnibus, repositoriis culinariis infestus.*

pellio. 4. D. niger, coleoptris punctis albis binis.
Habitat in Europae *cibariis, pellibus.*

typographus. 7. D. testaceus pilosus, elytris striatis retusis praemorsodentatis.
Habitat in Europa *intra cortices truncorum labyrinthos formans; in* America.

micrographus. 9. D. testaceus glaber, thorace nigro, elytris apice retuso-dentatis.
Habitat in Europa *intra cortices arborum emortuarum.* Corpus nigrum. Antennae, Elytra, Pedesque testacea.

polygraphus. 10. D. testaceus pilosus, elytris glaucis obtusiusculis.
Habitat in Europa *sub arborum corticibus: labyrinthis pinnatis.*

piniperda. 11. D. niger subvillosus, elytris piceis integris, plantis rufis.
Habitat in Europae *ramulis inferioribus Pini, quos perforat, exsiccat, unde naturae hortulanus in hac arbore.*

192.

192. PTINUS. *Antennae* filiformes: articulis ultimis majoribus.
Thorax subrotundus, immarginatus, caput excipiens.

pectinicornis. 1. P. fuscus, antennis luteis pectinatis.
Habitat in Europa.

pertinax. 2. P. fuscus unicolor.
Habitat in Europa.

Fur. 5. P. testaceus subapterus, thorace quatuordentato, elytris fasciis duabus albis.
Habitat in Museis pessimus, destruens Herbaria, Insecta, Aves, Pelles, utensilia, culinaria, imo Pulverem Tabaci; non pellitur ambrosiacis. Occiditur arsenico et Alumine.

193. HISTER. *Antennae* capitatae capitulo solidiusculo; infimo articulo compresso, decurvato.
Caput intra corpus retractile. *Os* forcipatum.
Elytra corpore breviora.
Tibiae anticae dentatae.

unicolor. 3. H. totus ater, elytris substriatis.
Habitat in Europae *arena, terra, stercore.*

194. GYRINUS. *Antennae* clavatae, rigidae, capite breviores.
Wasserkäfer.
Oculi IV: duobus supra, duobus infra.

Natator. 1. G. substriatus.
Habitat in Europae *lacubus, velocissime supra aquam cursitans per orbes; dum vero urinatur bullam aeream, hydargyrii coloris, secum trahit.*

195. BYRRHUS. *Antennae* clavatae, subsolidae, subcompressae.

Scrophulariae. 1. B. niger, elytris albo maculatis sutura sanguinea.
Habitat in Scrophulariis Europae.

Museorum. 2. B. nebulosus, elytris subnebulosis puncto albo.
Habitat in Museis, insecta avesque destruens.

196. SILPHA. *Antennae* extrorsum crassiores.
Elytra marginata.
Caput prominens.
Thorax planiusculus, marginatus.

germanica. 1. S. oblonga atra, clypeo obrotundo inaequali marginato, elytris obtusissimis margine laterali ferrugineis.
Habitat in Germania.

Vespillo. 2. S. oblonga atra, clypeo orbiculato inaequali, elytris fascia duplici ferruginea. Todtengräber.
Habitat in Europae, Americae *Cadaveribus;*

bipustulata. 4. S. oblonga nigra, elytris singulis puncto unico rubro.
Habitat in Europae *Carnibus, Lardo.*

4-pustulata. 5. S. oblonga nigra, elytris punctis duobus ferrugineis.
Habitat in Europae *arboribus putridis, fenestris.* Glaber statura Scarabaei.

197. CASSIDA. *Antennae* subfiliformes, extrorsum crassiores.
Schildkäfer.
Elytra marginata.
Caput sub thoracis clypeo plano reconditum.

viridis. 1. C. viridis.
Habitat in Plantis verticillatis Europae.

nebulosa. 3. C. pallido-nebulosa.
Habitat in Carduis.

198. COCCINELLA. *Antennae* subclavatae, truncatae.
Sonnenkäfer.
Palpi clava semicordata.

Cor-

Corpus hemisphaericum, thorace elytrisque marginatis, Abdomine plano.

* *Coleoptris rubris flavisve: Punctis nigris maculatis.*

2-puncta-ta. 7. C. coleoptris rubris: punctis nigris duobus.
Habitat in Europae *Alnetis.*

7-puncta-ta. 15. C. coleoptris rubris: punctis nigris septem.
Habitat in Europae *agris et plantis.*

ocellata. 23. C. coleoptris luteis: punctis nigris quindecim.
Habitat in Europa.

** *Coleoptris rubris flavisve: albo maculatis.*

14-guttata. 34. C. coleoptris rufis: punctis quatuordecim albis.
Habitat in Europae *Salicibus.*

*** *Coleoptris nigris: rubro maculatis.*

2-pustulata. 42. C. coleoptris nigris: punctis rubris duobus, abdomine sanguineo.
Habitat in Europae *Sorbis*; *in* America *septentrionali.*

10-pustulata. 45. C. coleoptris nigris: punctis fulvis decem.
Habitat in Europa.

14-pustulata. 46. C. coleoptris nigris; punctis flavis quatuordecim.
Habitat in Europa; *in floribus Centaureae Scabiosae frequens.*

**** *Coleoptris nigris albo flavove maculatis.*

pantherina. 48. C. coleoptris nigris: punctis flavis octo.
Habitat in Europa.

tigrina. 49. C. coleoptris nigris: punctis albidis viginti.
Habitat in Europa.

199. CHRYSOMELA. *Antennae* moniliformes, extrorsum crassiores.
Thorax, nec elytra, marginatus.

* *Corpore ovato.*

aenea. 8. C. ovata viridis nitida, abdomine postice ferrugineo.
Habitat in Betula Alno.

Alni. 9. C. ovata violacea, elytris punctis excavatis sparsis, antennis pedibusque nigris.
Habitat in Betula Alno.

Betulae. 10. C. ovata violacea, elytris punctis excavato-striatis.
Habitat in Betulae *albae foliis, exedens paginam inferiorem.*

Polygoni. 24. C. ovata caerulea, thorace femoribus anoque rufis.
Habitat in Polygono aviculari, Acetosa; *ovis gravida vltra coleoptra ventricosa evadit.*

Populi. 30. C. ovata, thorace caerulescente, elytris rubris apice nigris.
Habitat in Populo tremula, *folia saepe devastans, quae excorticata nudis vasis relinquit.*

** Saltatoriae *femoribus posticis crassissimis.*

Helxines. 58. C. saltatoria viridi-aenea, antennis pedibusque omnibus testaceis.
Habitat in Polygono Fagopyro.

exsoleta. 59. C. saltatoria livida, pedibus testaceis, abdomine capiteque fusco.
Habitat in Europa *in* Echii *floribus, quos consumit.*

*** *Corpore cylindrico.*

4-puncta-ta. 76. C. cylindrica, thorace nigro, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis brevibus.
Habitat in Europa.

**** *Corpore oblongo, Thorace angustiore.*

merdigera. 97. C. oblonga rubra, thorace cylindrico utrinque impresso.
Habitat in Lilio, Convallaria.

200. HISPA. *Antennae* fusiformes, basi approximatae, inter oculos sitae.
Thorax Elytraque aculeata saepius.

atra. 1. H. corpore toto atro.
Habitat in Europa *australi* et Africa *boreali ad radices graminum.*

mu-

mutica. 4. H. inermis, antennis pilosis.
Habitat in Europa.

201. BRUCHUS. *Antennae* filiformes, sensim crassiores.

Pisi. 1. B. elytris griseis albo punctatis, podice albo maculis binis nigris.
Habitat in America *septentrionali*, *devastans agrorum Pisa*; *nunc in Europa australiore*; *devastatur a Gracula Quiscula*.

202. CURCULIO. *Antennae* subclavatae, rostro insidentes.
Rüsselkäfer.
Rostrum corneum prominens.

* *Longirostres femoribus simplicibus.*

granarius. 16. C. longirostris piceus oblongus, thorace punctato longitudine elytrorum.
Habitat frequens in granulis *avenaceis decorticatis*, *in mercatorum tabernis frequens.*

Betulae. 39. C. longirostris, thorace antrorsum saepe spinoso, corpore viridi aurato, subtus concolore.
Habitat in Betula, Alno.

** *Longirostres, saltatorii femoribus posticis crassis.*

Segetis. 45. C. longirostris, pedibus saltatoriis, corpore piceo, elytris oblongis.
Habitat in agris super spicas.

*** *Longirostres femoribus dentatis.*

Nucum. 59. C. longirostris, femoribus dentatis, corpore griseo longitudine rostri.
Habitat in Nucibus Coryli Avellanae.

**** *Brevirostres femoribus dentatis.*

Pyri. 72. C. brevirostris, femoribus dentatis, aeneo-fuscus.
Habitat in Pyri *foliis Larva*, *in* Pruni *corollis declaratus.*

***** *Brevirostres femoribus muticis.*

viridis. 76. C. brevirostris, femoribus muticis, corpore viridi, supra obscuro, subtus flavidiore.
Habitat in Europa.

203.

203. ATTELABUS. *Caput* postice attenuatum, inclinatum.
Antennae apicem versus crassiores.

Coryli. 1. A. niger, elytris rubris.
Habitat in foliis Coryli, *quae in cylindrum convolvit et vtrinque claudit.*

formicarius. 8. A. niger, elytris fascia duplici alba basique rubris.
Habitat in Europa, *devastans Dermest. pertinacem.*

apiarius. 10. A. caerulescens, elytris rubris, fasciis tribus nigris.*
Habitat in Germania.

204. CERAMBYX. *Antennae* attenuatae.
Holzbock. *Thorax* spinosus aut gibbus.
Elytra linearia.

* *Thorace spinis lateralibus mobilibus.*

longimanus. 1. C. thorace spinis mobilibus, elytris basi unidentatis apiceque bidentatis, antennis longis.
Habitat in America.

** *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

cervicornis. 3. C. thorace marginato dentato, maxillis porrectis corniformibus utrinque spinosis, antennis brevibus.
Habitat in Americae *ligno* Bombacis *Larva, quae exemta edulis in deliciis.*

*** *Thorace rotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.*

moschatus. 34. C. thorace spinoso, elytris obtusis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus.
Habitat in Europa.

**** *Thorace inermi subcylindrico.*

carcharias. 52. C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus.
Habitat in Europa.

205.

205. LEPTURA. *Antennae* ſetaceae.
Elytra apicem verſus attenuata.
Thorax teretiuſculus.

* *Thorace ovato ſ. antrorſum oblongiuſculo anguſtiore. Elytris apice truncatis.*

aquatica. 1. L. deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis.
Habitat in plantis aquaticis, *Nymphaeis*, *Caricibus*, *Phellandrio*, *cujus radici adhaeret pupa intra globum brunneum.*

melanura. 2. L. nigra, elytris rubeſcentibus lividisve ſutura apiceque nigris.
Habitat in Europa.

** *Thorace ſubgloboſo, nec antice attenuato. Elytris apice obtuſis, nec truncatis.*

arcuata. 21. L. thorace globoſo nigra, elytris faſciis linearibus flavis: tribus retrorſum arcuatis, pedibus ferrugineis.
Habitat in Europa.

arietis. 23. L. thorace gibboſo nigro, elytris nigris: faſciis flavis: ſecunda antrorſum arcuata, pedibus ferrugineis.
Habitat in Europa.

206. NECYDALIS. *Antennae* ſetaceae.
Elytra alis minora: breviora ſ. anguſtiora.
Cauda ſimplex.

* *Elytris ala abdomineque multo brevioribus.*

major. 1. N. elytris abbreviatis ferrugineis immaculatis, antennis brevioribus.
Habitat in Europa.

minor. 2. N. elytris abbreviatis teſtaceis apice lineola alba, antennis longioribus.
Habitat in Europa.

** Ely-

** *Elytris subulatis longitudine abdominis.*

flavescens. 8. N. elytris subulatis testaceis, corpore nigro, femoribus clavatis arcuatis.
Habitat in Europa.

207. LAMPYRIS. *Antennae* filiformes.
Johanniswürmchen. *Elytra* flexilia.
Thorax planus, semiorbiculatus, caput subtus occultans cingensque.
Abdominis latera plicato-papillosa.
Femina aptera *plerisque*.

Noctiluca. 1. L. oblonga fusca, clypeo cinereo.
Habitat in Europae *juniperetis graminosis*.

sanguinea. 17. L. nigra, thoracis lateribus elytrisque sanguineis
Habitat in Europae *lapidosis*.

208. CANTHARIS. *Antennae* setaceae.
Thorax marginatus, capite brevior.
Elytra flexilia.
Abdominis latera plicato-papillosa.

* *Thorace depresso.*

fusca. 2. C. thorace marginato rubro maculo nigra, elytris fuscis.
Habitat in Europa, *frequens*.

** *Thorace teretiusculo.*

navalis. 26. C. thorace teretiusculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris.
Habitat intra Querci *lignum*.

209. ELATER. *Antennae* setaceae.
Springkäfer. *Corpus* dorso impositum exsiliens mucrone pectoris e foramine abdominis resiliente.

casta-

castaneus. 18. E. thorace testaceo pubescente, elytris flavis apice nigris, corpore atro.
Habitat in Europa. *Antennae maris pectinatae.*

obscurus. 25. E. thorace fusco obscuro, elytris obscure testaceis.
Habitat in Europa.

pectinicornis. 32. E. thorace elytrisque aeneis, antennis maris pectinatis.
Habitat in Europa.

niger. 33. E. thorace laevi elytris pedibus corporeque nigris.
Habitat in Europa.

210. CICINDELA. *Antennae* setaceae.
Maxillae prominentes, denticulatae.
Oculi prominuli.
Thorax rotundato-marginatus.

campestris. 1. C. viridis, elytris punctis quinque albis.
Habitat in Europae *campis arenosis.*

aquatica. 14. C. aenea nitida, capite striato.
Habitat in Europae *aquis.*

211. BUPRESTIS. *Antennae* setaceae, longitudine thoracis.
Caput dimidium intra thoracem retractum.

* *Elytris fastigiatis.*

259. BOMBYLIUS. *Os* Rostro porrecto, setaceo, longissimo, bivalvi: valvulis horizontalibus intra quas aculei setacei.

maior. 1. B. alis dimidiato-nigris.

minor. 4. B. alis immaculatis.
In Europa.

260. HIPPOBOSCA. Pferdelaus. *Os* Rostro bivalvi, cylindrico, obtuso, nutante.
Pedes unguibus pluribus.

equina. 1. H. alis obtusis, thorace albo variegato, pedibus tetradactylis.
Habitat in America *et* Europa.

ovina. 4. H. alis nullis.
Habitat inter ovium lanam.



VII. APTERA.

Alae *nullae, in omni sexu.*

261. LEPISMA. Zuckergast. *Pedes* VI. cursorii.
Os Palpis 2 setaceis et 2 capitatis.
Cauda setosa: setis extensis.
Corpus squamis imbricatum.

saccharina. 1. L. squamosa, cauda triplici.
Habitat in America *inter saccharum et utensilia domestica, inde per* Europam *vulgaris.*

262. PODURA. *Pedes* VI. cursorii.
Oculi II. compositi ex octonis.

Cauda

Cauda bifurca, saltatrix, inflexa.
Antennae setaceae elongatae.

viridis. 1. P. subglobosa viridis.
In Europae *plantis, frequens in Polygoni Fagopyri foliis primordialibus.*

nivalis. 6. P. oblonga cinerea signaturis nigris.
Habitat in Europae *nemoribus, Lignis; hyeme frequens supra nives in vestigiis hominum et mammalium.*

263. TERMES. *Pedes* VI. cursorii.
Todtenuhr. *Oculi* II.
Antennae setaceae.
Os maxillis duabus.

fatale. 1. T. luteum; alterius maxillis longitudine antennarum.
Habitat in Indiae *utriusque umbrosis.*

pulsatorium. 2. T. abdomine oblongo, ore rubro, oculis luteis.
In Europa *et* America, *frequens in domibus. Femina horologii instar pulsatoria in ligneis festucis.*

264. PEDICULUS. *Pedes* VI, ambulatorii.
Oculi II.
Os aculeo exserendo.
Antennae longitudine thoracis.
Abdomen depressum, sublobatum.

humanus. 1. P. humanus.
In capite et vestimentis humanis.

pubis. 2. P. pubis.
Hospitatur in Hominis immundi pube, rarius in superciliis.

265. PULEX. *Pedes* VI. saltatorii.
Oculi II.
Antennae filiformes.
Os rostro inflexo, setaceo, aculeum recondente.
Abdomen compressum.

irritans. 1. P. probofcide corpore breviore.
Ubique in Europa *et* America.

penetrans. 2. P. probofcide corporis longitudine.
In America; *pedes hominum intrans.*

266. ACARUS. *Pedes* VIII.
Milbe. *Oculi* II, ad latera capitis.
Tentacula duo, articulata, pediformia.

Ricinus. 7. A. globofo-ovatus: macula bafeos rotunda, antennis clavatis.
In Bobus, Canibus.

Siro. 15. A. lateribus fublobatis, pedibus quatuor pofticis longiffimis, femoribus capiteque ferrugineis, abdomine fetofo.
In Cafeo, Farinaque *Europae*, *Americae.*

aquaticus. 21. A. abdomine fanguineo depreffo tomentofo poftice obtufo; aquaticus.
In Europae *aquis dulcibus.*

holofericeus. 22. A. abdomine fanguineo depreffo tomentofo poftice retufo; terreftris.
In Europae *et* Americae *ficcis.*

267. PHALANGIUM. *Pedes* VIII.
Weberknecht. *Oculi* verticis duo contigui, duo laterales.
Frons antennis pediformibus.
Abdomen rotundatum.

Opilio. 2. P. abdomine ovato; fubtus albo.
In Europa, America.

cancroides. 4. P. abdomine ovato depreffo, chelis laevibus; digitis pilofis.
In umbrofis fuffocatis; ciftis, cellulis mephiticis.

balaenarum. 6. P. abdomine dilatato muricato, roftro fubulato.
In Oceano norvegico fub lapidibus.

268. ARANEA. *Pedes* VIII.
Spinne. *Oculi* VIII.

Os

Os unguibus s. retinaculis duobus.
Palpi duo articulati: masculis genitalibus capitata.
Anus papillis textoriis.

Diadema. 1. A. abdomine subgloboso rubro-fusco: cruce albo punctata. Kreuzspinne.
Habitat in Betulis.

domestica. 9. A. abdomine ovato fusco: maculis nigris quinque subcontiguis: anterioribus maioribus.
In Fenestris *frequens.*

labyrinthica. 12. A. abdomine ovato fusco: linea exalbida pinnata, ano bifurco.
Habitat super terram, telo horizontali cum puteo cylindrico.

avicularia. 31. A. thorace orbiculato convexo: centro transverse excavato.
Habitat in America, *insidiatur Aviculis, Insectis.*

Tarantula. 35. A. subtus atra, pedibus subtus atro fasciatis.
In Italia; *inprimis in Apulia, Barbaria, Oriente.*

scenica. 36. A. saliens nigra: lineis semicircularibus tribus albis transversis.
Habitat in parietibus.

aquatica. 39. A. livida, abdomine ovato: linea transversa punctisque duobus excavatis.
In Aquis Europae *dulcibus, urinatoria.*

269. SCORPIO. *Pedes* VIII: insuper *Chelae* 2 frontales.
Scorpion. *Oculi* VIII: horum 3 ad latus utrumque thoracis; 2 in tergo.
Palpi II, cheliformes.
Cauda elongata, articulata, terminata Mucrone arcuato.
Pectines duo subtus, inter pectus et abdomen.

afer. 3. S. pectinibus 13-dentatis, manibus subcordatis pilosis.

europaeus. 5. S. pectinibus 18-dentatis, manibus angulatis.
In Europa, *maxime australi.*

270 CANCER. *Pedes* VIII. (10 s. 6 raro), insuper manus 2 chelatae.
Krebs. *Oculi* II, distantes, plerisque pedunculati; elongati, mobiles.
Palpi II, cheliferi.
Cauda articulata inermis.

* a * BRACHYURI *Thorace laevi lateribus integerrimo.*

Cursor. 1. C. brachyurus, thorace laevi integerrimo: lateribus postice marginato, antennis fissilibus, cauda reflexa.
In mari Mediterraneo.

minutus. 8. C. brachyurus, thorace laevi integerrimo subquadrato: margine acutiusculo, antennis brevissimis.
In oceano Europaeo, *et* Pelagi *fuco natante, super aquam saepe cursitans.*

Pinnotheres. 9. C. brachyurus glaberrimus, thorace laevi lateribus antice planato, caudae medio nodulofo-carinato.
In mari Mediterraneo, Asiatico; *intra testas Pinnae.*

* b * *Brachyuri thorace laevi lateribus incifo.*

Maenas. 22. C. brachyurus, thorace laeviusculo utrinque quinquedentato, carpis unidentatis, pedibus ciliaris: posticis subulatis. Krabbe.
In oceano Europaeo, Asiatico.

Pagurus. 27. C. brachyurus, thorace utrinque obtuse novemplicato, manibus apice atris.
In Oceano Europaeo, Asiatico.

* c * *Brachyuri thorace supra hirto aut spinoso.*

Araneus. 30. C. brachyurus, thorace hirsuto ovato tuberculato, rostro bifido, manibus ovatis.
In Oceano Europaeo.

* d * *Brachyuri thorace supra spinoso.*

Maja. 41. C. brachyurus, thorace aculeato, manibus ventricosis spinosis: digitis penicillato-hirsutis.

* e * *Bra-*

e *Brachyuri thorace inaequali.*

Grapſus. 53. C. brachyurus, thorace ſtrigis lateralibus, fronte retuſa.
In America, *Inſula* Aſcenſionis.

f PARASITICI, *cauda aphylla.*

Bernhardus. 57. C. macrourus paraſiticus, chelis cordatis muricatis: dextra maiore.
Habitat in Oceano *intra varias teſtas Cochlearum, quas vacuas intrat trahitque, mutatas prout adoleſcit.*

Diogenes. 58. C. macrourus paraſiticus, chelis laevibus pubescentibus: ſiniſtra maiore.
In Oceano Aſiatico, Americano, *intra teſtas varias Cochlearum.*

g MACROURI *thorace laevi.*

Gammarus. 62. C. macrourus, thorace laevi, roſtro lateribus dentato; baſi ſupra dente duplici. Hummer.
In Oceano *imprimis* Norvegico; *in* America ſeptentrionali.

Aſtacus. 63. C. macrourus thorace laevi, roſtro lateribus dentato; baſi utrinque dente unico. Gemeiner Krebs.
In Europae *lacubus, fluviis.*

Squilla. 66. C. macrourus, thorace laevi, roſtro ſupra ſerrato ſubtus tridentato, manuum digitis aequalibus.
In M. Balthico, Oceano Europaeo.

h *Macrouri thorace inaequali.*

ſtrigoſus. 69. C. macrourus, thorace antrorſum rugoſo ſpinis ciliato, roſtro acuto ſeptemdentato.
In Oceano Atlantico, Mediterraneo.

i *Macrouri thorace aculeato.*

norvegicus. 73. C. mucrourus, thorace antrorſum aculeato, manibus prismaticis: angulis ſpinoſis.

k *Macrouri, manibus adactylis, thorace oblongo.*

Arctus. 75. C. macrourus, thorace antrorſum aculeato: fronte diphylla, manibus ſubadactylis.
In M. Europae, Aſiae, Africae, Americae.

**l* Macrouri manibus adactylis testa thoracis brevissima, nec thoracem totum tegente.* -

Mantis. 76. C. macrourus articularis, manibus adactylis compressis falcatis serrato-dentatis.
In M. Asiatico, Indico, Mediterraneo.

Pulex. 81. C. macrourus articularis, manibus quatuor adactylis, pedibus decem.
Habitat ad maris littora, etiam in fontibus et fossis.

Locusta. 82. C. macrourus articularis, manibus quatuor adactylis, pedibus quatuordecim.
In Europae maritimis.

271. MONOCULUS. *Pedes* natatorii.
Kiefenfuß. *Corpus* crusta tectum.
Oculi approximati, testae innati.

Polyphemus. 1. M. testa plana convexa sutura lunata: postica dentata, cauda subulata longissima.
In India; *Insectorum omnium facile maximum.*

piscinus. 2. M. testa cordata plana.
In Oceano.

Apus. 3. M. testa subcompressa antice retusa postice truncata, cauda biseta.
In Europae *fossis, piscinis.*

Pulex. 4. M. antennis dichotomis, cauda inflexa.
Ubique in aquis dulcibus.

quadricornis. 6. M. antennis quaternis, cauda recta bifida.
In aquis Europae.

272. ONISCUS. *Pedes* XIV.
Antennae setaceae.
Corpus ovale.

Asilus. 1. O. abdomine foliis duobus obtecto, cauda semiovali.
In Oceano, *viviparus.*

Entomon. 5. O. abdomine subtus nudo, cauda subulata.
In M. Balthico.

Ceti. 6. O. ovalis; segmentis distinctis, pedibus tertii qua-

quartique paris linearibus ovaticis. Wallfisch-laus.
In Balaenis.

Afellus. 14. O. ovalis, cauda obtufa, ftylis fimplicibus. Tausendfuß.
In domibus, muris, hybernaculis, lignis putridis.

273. SCOLOPENDRA. *Pedes* numerofi, totidem utrinque quot corporis fegmenta.
Aßel.
Antennae fetaceae.
Palpi duo, articulati.
Corpus depreffum.

forficata. 3. S. pedibus utrinque XV.
In Europa, America feptemtrionali.

morfitans. 5. S. pedibus utrinque XX,
In Indiis.

electrica. 8. S. pedibus utrinque LXX.
In Europae *terra, in tenebris fcintillat vel lucet.*

274. JULUS. *Pedes* numerofi, duplo utrinque plures, quam corporis fegmenta.
Vielfuß.
Antennae moniliformes.
Palpi duo, articulati.
Corpus femicylindricum.

ovalis. 1. J. pedibus utrinque XX.
In O. Europaeo.

terreftris. 3. J. pedibus utrinque C.
In Europa *fub terra.*

CLAS-

CLASSIS VI.

VERMES.

Mihi contuenti sese persuasit rerum natura, nihil incredibile existimare de ea.

PLIN. XI, 3.

TARDIGRADA, mollia, pandentia, vivacissima, redintegranda. humidi Animantia, *acephala*, *apoda*, *androgyna*, *Tentaculis* dignoscenda.

IMPERFECTA veteribus, nec inepte, dicta animantia, destituuntur Capite, Auribus, Naso, Oculis pleraque, Pedibus, ab Insectis itaque diversissima, a quibus dudum removi naturae cryptogama: sunt *Intestina*, *Mollusca*, *Testacea*, *Lithophyta*, *Zoophyta*.

INTESTINA terrena quondam dicta, ob summam simplicitatem corporis, terebrant omnia; perforat *Gordius* Argillam, ut aqua tranet; *Lumbricus* humum, ne situ corrumpatur; *Myxine* cadavera, ut liquescant; *Teredo* ligna, ut destruantur; quemadmodum Pholades, et Mytili lithophagi Petras, ut solvantur.

MOLLUSCA nuda, brachiata, vagantur pleraque per maria, caelo resplendentia, tanquam totidem lucernis tenebricosum illuminant abyssum Phosphorea, ut quod est inferius, sit tanquam superius.

TESTACEA mollusca domiporta, calcareaque domuncula nobilitata, calcifica, et ipsa saepe calcivora, insectis opposita specierum numero, magna Naturae ludentis varietate, multiplicata. TESTAS polydaedalas Conchyliorum parium, aeque attente legit summa Sapientia, ac care emit erudita luxuria, a quisquiliis, ad Ammirales. Scalaresve, Margaritis suis pretiosiores, quas Artificum politura vitiando nobilitat, ut pulchrius pateat in Tritonis COCHLEIS vividis ad *Umbilicum* aut *Cardinem* posticum, *Apertura* rarius *Operculo* clausilis, cum

Labro

Labro exteriore interioreve, saepe dentato ad *Columellam*, circa quam *Spirae Anfractus* sinistri, rarius contrarii dextri, *sutura* connexi, rarius *Varice* cincti; laeves, sulcati, striati, angulati, nodosi, aculeati, spinosi, frondosi usque in *Mucronem* apicis, rarius decollatum; et ut intueatur in Veneris CONCHIS vividis lectis testarum nativa paria, determinatam figuram, valvulas illarum sinistras et dextras, aequales l. inaequales, aequilateres l. inaequilateres; interius dentatos *Cardines* inter *Nates* infimos *Umbonum* tumentium; inferius *Ani* impressuram, anterius *Vulvae* rimam, *Labiis Nymphis*que conniventem, *Hymene* obtectam, *Pube* interdum cinctam; harum *Limbus* exterior circumscribitur *Margine* integerrimo, crenulato s. dentato: *superiore* ante vulvam; *posteriore* pone anum; *exteriore* natibus opposito. Meretur imprimis inquirere in fossilium hodie deperditorum protypa, imprimis *Anomiarum*, abyssi cimelia, cum alia sint *Terrestria*, *Fluvialia*, *Lacustria*, *Littorea*, *Maritima*, *Pelagica* alia.

LITHOPHYTA Mollusca, animalcula composita testarum, Testisque innixa. *Corallia* haec prisci plantas aëris contactu lapidescentes judicabant, sed recentioribus etiam ex suo semine Lapides germinare, imprimis ob calcaream horum indolem visa, usque dum *Marsiglii* diligentia extraxerat e mari Corallia vegetantia floribus octandris octopetalis, a contractu aëris se contrahentibus, inque aqua denuo expandendis; at eadem tempestate (1727) *Peysonellus* Corallia ex animulculis fabricari, ultra seculum post eandem apud sapientiores Indos ratam sententiam, primum vidit vix audiendus, nisi *Tremblaeus* (1741) Hydras omnium admiratione detexisset, et ad littora curiosos allicuisset, quo via per *Ellisii* Sertularias ad Corallia aperta fuit.

ZOOPHYTA composita Animalcula, in bivio Animalium Vegetabiliumque constituta, *radicata* (pleraque) *caulescunt* multiplicata vita *ramis*, *gemmis* caeduis, metamorphosique *florum* animantium, sponte sese moventium, in *capsulas seminiferas* transeuntium; ac si plantae essent Zoophyta, sensu motuque destituta; et Zoophyta verae plantae, sed systemate nerveo, sensus motusque organo instructae, adeoque Vegetabilia naturali metamorphosi mutanda in Animalia.

AUCTO-

AUCTORES Vermium pretiosi: INTESTINORUM vix ulli; MOLLUSCORUM praeter *Bobadschium* pauci; TESTACEORUM primarii: sobrius *Bonannus* 1681, ditissimus *Listerus* 1685, solidissimus *Rumphius* 1705, curiosissimus *Petiverius* 1702, absolutissimus *Gualtierus* 1742, nitidissimus *Argenville* 1742, omniumque pulcherrimus *Regenfusius* 1758, nec non *Columna*, *Barrelierus*, *Plancus*, *Kleinius*, *Ginannus*, *Adansonus*, infelicique partu *Seba* 3. alii. LITHOPHYTORUM Comes *Marsiglius*, ocularius *Donatus*. ZOOPHYTORUM lynceus *Ellisius*, indefessus *Basterus*.



GENERUM CHARACTERES.

I. INTESTINA Animalia simplicia, nuda, destituta artubus.

* *Pertusae laterali poro.*

277. LUMBRICUS *Corpus* teres, annulo carnoso. [2]
279. SIPUNCULUS *Corpus* teres, rostro cylindrico angustato. [2]
378. FASCIOLA *Corpus* depressum, poro ventrali. [3]

** *Imperforata poro laterali nullo.*

275. GORDIUS *Corpus* filiforme totum. [5]
276. ASCARIS *Corpus* teres, extremitatibus subulatum. [2]
280. HIRUDO *Corpus* teretiusculum, extremitatibus truncatum. [9]
281. MYXINE *Corpus* carinatum, ore cirroso maxilloso. [1]

II. MOLLUSCA.

α * *Ore supero, basi se affigens.*

288. ACTINIA *Apertura* unica, communi, dilatabili. [5]
287. ASCIDIA *Aperturis* duabus: altera humiliore. [6]

β *

β * *Ore antico: Corpore pertuso laterali foraminulo.*

282. LIMAX — *Tentacula* 4. *Anus* communis cum poro laterali. [8]
283. APLYSIA — *Tentacula* 4. *Anus* supra postica. [1]
284. DORIS — *Tentacula* 2. *Anus* supra postica. [4]
289. TETHIS — *Foramina* lateralia, sinistra, gemina. [2]

γ * *Ore antico, Corpore tentaculis antice cincto.*

290. HOLOTHURIA *Tentacula* carnosa. [9]
291. TEREBELLA *Tentacula* capillaria. [1]

δ * *Ore antico, Corpore brachiato.*

292. TRITON — *Brachia* bipartita: quibusdam cheliferis. [1]
296. SEPIA — *Brachia* 8. s. 10: instructa cotylis. [5]
295. CLIO — *Brachia* 2 dilatata. [3]
293. LERNAEA — *Brachia* 2. s. 3. teretia. [4]
294. SCYLLAEA — *Brachia* 6: remotis paribus. [1]

ε * *Ore antico; Corpore pedato.*

285. APHRODITA *Os* inerme. *Corpus* ovale. [4]
286. NEREIS — *Os* unguiculatum. *Corpus* elongatum. [11]

ζ * *Ore infero centrali.*

297. MEDUSA — *Corpus* gelatinosum, laeve. [12]
298. ASTERIA — *Corpus* coriaceum, muricatum. [16]
299. ECHINUS — *Corpus* crustaceum, aculeatum. [17]

III. TESTACEA Mollusca simplicia, obtecta Testa calcarea.

* *Multivalvia.*

300. CHITON — *Testa* multivalvis, longitudinaliter dorsalis. [9]
301. LEPAS — *Testa* multivalvis, inaequivalvis, sessilis. [10]
302. PHOLAS — *Testa* bivalvis: accessoriis posticis. [6]

** *Bivalvia:* CONCHAE.

303. MYA *Testae Cardines* Dente crasso vacuo. [7]
304. SOLEN — *Card.* Dent. lateralibus remotis. [11]
305. TELLINA — *Card.* Dent. lateralibus alterius vacuis. [29]

306.

306. CARDIUM *Card.* Dent. lateralibus remotis penetrantibus. [21]
307. MACTRA *Card* Dente intermedio complicato. [8]
308. DONAX *Card.* Dente laterali remoto vacuo. [10]
309. VENUS *Card.* Dent. approximatis divaricatis. [39]
310. SPONDYLUS *Card.* Dent. duobus distinctis foraminulo. [3]
311. CHAMA *Card.* Dent. duobus obliquis obtusis. [14]
312. ARCA *Card.* Dent. numerosis penetrantibus. [17]
313. OSTREA *Card.* Dent. o. scrobiculo ovato. [31]
314. ANOMIA *Card.* Dent. o. scrobiculo lineari marginali [27]
315. MYTILUS *Card.* Dent. o. scrobiculo subulato distincto. [20]
316. PINNA *Card.* Dent. o. margine altero coalito. [8]

*** *Univalvia Spira regulari:* COCHLEAE.

317. ARGONAUTA *Testa* unilocularis: Animal Sepia [2]
318. NAUTILUS *Testa* multiloculari foramine communicante. [17]
319. CONUS *T. Apertura* effusa, lineari, edentula. [35]
320. CYPRAEA *T. Apertura* effusa, lineari, dentata utrinque. [44]
321. BULLA *T. Apertura* subcoarctata, obliquata. [23]
322. VOLUTA *T. Apertura* effusa, columella plicata. [46]
323. BUCCINUM *T. Apertura* Canaliculo dextro. [51]
324. STROMBUS *T. Apertura* Canaliculo sinistro. [29]
325. MUREX *T. Apertura* Canaliculo recto. [81]
326. TROCHUS *T. Apertura* coarctata, subtetragona. [26]
327. TURBO *T. Apertura* coarctata, orbiculari. [50]
328. HELIX *T. Apertura* coarctata, lunari. [60]
329. NERITA *T. Apertura* coarctata, semiorbiculari. [25]
330. HALIOTIS *T. Apertura* dilatata, pertusa. [7]

**** *Univalvia absque spira regulari.*

331. PATELLA *T.* patenti-conica, quiescens. [36]

332.

332. Dentalium *T.* libera fubulata, utroque extremo aperta [8]
333. Serpula *T.* adnata, tubulofa. [16]
334. Teredo *T.* intrufa ligno. [1]
335. Sabella *T.* granis arenaceis confecta. [7]

IV. LITHOPHYTA. Animalia compofita, inaedificantia bafin calcaream.

336. Tubipora *Corallium* Tubis cylindricis. [4]
337. Madrepora *Corallium* Stellis concavis. [35]
338. Millepora *Corallium* Poris fubulatis. [14]
339. Cellepora *Corallium* Cellulis cavis. [6]

V. ZOOPHYTA. Animalia compofita efflorescentia more vegetabilium.

* *Fixata.*

340. Isis *Stirps* lapidea. [6]
341. Gorgonia *Stirps* fubcornea [16]
342. Alcyonium *Stirps* fuberofa. [12]
343. Spongia *Stirps* ftupofa. [16]
344. Flustra *Stirps* porofiffima. [6]
345. Tubularia *Stirps* fiftulofa. [8]
346. Corallina *Stirps* articulis filiformibus, calcareis. [8]
347. Sertularia *Stirps* articulis filiformibus, fibrofis. [42]
348. Vorticella *Stirps* articulis fibrofis gelatinofis. [14]

** *Locomotiva.*

349. Hydra *Os* terminale einctum tentaculis. [7]
350. Pennatula *Liberum*, caulefcens, penniforme margine fobolifero. [7]
351. Taenia *Liberum*, articulatum, moniliforme [4]
352. Volvox *Liberum*, fubrotundum, fobole nidulante. [4]
353. Furia *Liberum*, lineare, retrorfum aculeatum. [1]
354. Chaos *Liberum* redivivum, metamorphum in vegetante. [5]

I. INTESTINA.

Animalia *simplicia, absque artubus, nuda.*

275. GORDIUS. *Corpus* filiforme, aequale, laeve.
Fadenwurm.

aquaticus. 1. G. pallidus extremitatibus nigris.
Habitat cum sequenti in Aquis, *et imprimis in* Argilla.

argillaceus. 2. G. flavescens extremitatibus concoloribus.

medinensis. 3. G. totus pallidus.
In utraque India, *frequens in rore matutino.*

marinus. 4. G. plano-spirali convolutus filiformis.
In maris Norvegici etc. piscibus, frequentissime in visceribus Clypeae Halecis. Vid. Physikal. ökon. Biblioth. I. S. 200.

276. ASCARIS. *Corpus* teres, filiforme, utraque extremitate attenuatum.
Spulwurm.

vermicularis. 1. A. pollicaris.
Habitat in paludibus; in radicibus plantarum putrescentium; in intestino recto puerorum, equorum.

lumbricoides. 2. A. spithamea.
In intestinis humanis, longitudine Lumbrici terrestris,

277. LUMBRICUS. *Corpus* teres, annulatum, cingulo elevato cinctum, longitudinaliter exasperatum, poro laterali instructum.
Regenwurm.

terrestris. 1. L. trifariam retrorsum aculeatus.
Habitat in Humo *et* intestinis *animalium.*

marinus. 2. L. papillis dorsalibus geminatis setigeris.
In M. Europaei *fundo sub arena.*

278. FASCIOLA. *Corpus* planiusculum, poro terminali ventralique.
Egelschnecke.

hepa-

hepatica. 1. F. ovata.
In aquis dulcibus, fossis, rivulis ad radices lapidum raro enatans et in Hepate Ovium.

intestinalis. 2. F. linearis longa.
In intestinis piscium, saepius in Bramae.

279. SIPUNCULUS. *Corpus* teres, elongatum.
Os anticum, attenuatum, cylindricum.
Apertura lateralis corporis, verruciformis.

nudus. 1. S. corpore nudo.
In Oceano Europaeo, *sub lapidibus.*

saccatus. 2. S. corpore tunica laxa induto.
In Oceano indico.

280. HIRUDO. *Corpus* oblongum, promovens se ore caudaque in orbiculum dilatandis.
Blutigel.

medicinalis. 2. H. depressa nigricans, supra lineis flavis sex: intermediis nigro arcuatis, subtus cinerea nigro maculata.
In aquis dulcibus.

octoculata. 4. H. depressa fusca, punctis octo nigris supra os

281. MYXINE. *Corpus* teres, subtus carinatum pinna adiposa.
Os terminale, cirrosum.
Maxillae binae pinnatae: Dentibus plurimis acutis in fauce.
Dens superior solitarius, acutus.
Oculi nulli.

glutinosa. 1. Myxine.
In Oceano Europaeo, pisces intrat, devorat; aquam in gluten vertit.

II. MOLLUSCA.

Animalia *simplicia*, *nuda (absque Testa inhabitata)*, *artubus instructa*.

282. LIMAX. Schnecke. *Corpus* oblongum, repens; supra clypeo carnoso; *subtus* Disco longitudinali plano.
Foramen laterale dextrum pro genitalibus et excrementis.
Tentacula quatuor, supra os.

ater. 1. L. ater.
In nemoribus et lucis umbrosis.

rufus. 3. L. subrufus.
Ad montium radices.

maximus. 4. L. cinereus maculatus.
In sylvis frondosis umbrosis.

agrestis. 6. L. cinereus immaculatus.
In Pratis, Hortis, Agris.

283. APLYSIA. *Corpus* repens, obvelatum membranis reflexis.
Clypeo dorsali, membranaceo, pulmones obtegente.
Foramen laterale, dextrum, pro genitalibus.
Anus supra extremitatem dorsi.
Tentacula quatuor, anterius sita.

depilans. 1. Aplysia.
In M. Mediterraneo: *foetidissima.*

284. DORIS. *Corpus* repens, oblongum, subtus planum.
Os antice subtus.
Anus postice, supra cinctus ciliis.
Tentacula duo, supra corpus antice, intra foramina retractilia.

ver-

verrucosa. 1. D. oblonga, corpore supra undique tuberculato.
In Oceano indico.

285. APHRODITA. *Corpus* repens, ovale: pediformibus utrinque fasciculis pluribus.
Os terminale, cylindricum, retractile.
Tentacula oris duo, setacea.

aculeata. 1. A. ovalis hirsuta aculeata.
In Oceano Europaeo.

286. NEREIS. *Corpus* repens, oblongum, lineare.
Tentaculis lateralibus penicillatis.
Os terminale, unguiculatum.
Tentaculis plumosis supra os.

noctiluca. 1. N. segmentis XXIII, corpore vix conspicuo.
In omni facile mari.

lacustris. 2. N. linearis, lingua exserta.
In paludibus argillosis, sub terra.

287. ASCIDIA. *Corpus* fixum, teretiusculum, vaginans.
Aperturae binae, ad summitatem: altera inferiore.

intestinalis. 3. A. laevis alba membranacea.
In Oceano Europaeo.

288. ACTINIA. *Corpus* se affigens basi, oblongum, teres: apice dilatabili intus tentaculato.
Os terminale dentibus incurvis; *Rostro* cylindrico radiato.
(Apertura praeter os nulla.)

senilis. 2. A. subcylindrica transverse rugosa.
In M. Atlantico *super Ostreas, Rupes.*

289. TETHYS. *Corpus* liberum, oblongiufculum, carnofum apodum.
Os probofcide terminali, cylindrica, fub labio explicato.
Foramina duo ad latus colli finiftrum.

leporina. 1. T. labro ciliato.
In M. mediterraneo.

fimbria. 2. T. labro crenulato.
In mari Adriatico.

290. HOLOTHURIA. *Corpus* liberum, nudum, gibbum, Ano terminali.
Tentacula plura in altera extremitate.
Os inter tentacula.

frondofa. 1. H. tentaculis frondofis, corpore laevi.
In Oceano Norvegico.

phantapus. 2. H. tentaculis ramofis, corpore fubfquamofo trifariam punctato.
In Oceano feptentrionali.

phyfalis. 4. H. cirrhis difformibus filiformibus pendulis.
In Pelago.

291. TEREBELLA. *Corpus* filiforme.
Os anticum, praeputio glandem pedunculatam tubulofam exferente.
Tentacula circum os, capillaria plura.

lapidaria. 1. Terebella. *In mari* mediterraneo, *intra rupium foramina.*

293. LERNAEA. *Corpus* fe affigens tentaculis, oblongum, teretiufculum.
Ovaria bina, tanquam totidem caudae.
Tentacula brachiformia 2. vel 3.

cypri

cyprinacea. 2. L. corpore obclavato, thorace cylindrico bifurco, tentaculis apice lunatis.
In piscinis frequens supra corpus Cyprini Carassii.

salmonea. 3. L. corpore obovato, thorace obcordato, brachiis duobus linearibus approximatis.
In branchiis Salmonum.

296. SEPIA. *Brachia* octo interius adspersa cotyledonibus (praeter 2 Tentacula longiora pedunculata plerisque).
Os inter brachia, terminale, corneum.
Oculi? infra tentacula versus corpus.
Corpus carnosum vagina excipiens pectus.
Tubus ad basin pectoris.

octopodia. 1. S. corpore ecaudato, tentaculis pedunculatis nullis.
In mari mediterraneo.

officinalis. 2. S. corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus. Blackfisch.

Loligo 4. S. corpore subcylindrico subulato, cauda ancipiti-rhombea. Seekatze.

Sepiola 5. S. corpore postice alis duabus subrotundis.

297. MEDUSA. *Corpus* gelatinosum, orbiculatum, depressum.
Os subtus, centrale.

Porpita. 1. M. orbicularis supra plana: subtus convexiuscula, sulcata, villosa.
In India.

aurita 5. M. orbicularis: subtus quatuor cavitatibus.
In mari Balthico, Oceano.

capillata 6. M. orbicularis convexa, margine sedecies emarginato, subtus pilosa.
In Oceano *septentrionali*.

Velella. 12. M. ovalis concentrice striata: margine ciliato, supra velo membranaceo.
In Pelago, *et* m. mediterraneo.

298. ASTERIA. *Corpus* depressum: crusta subcoriacea, tentaculis muricata.
Meerstern.
Os centrale, quinquevalve.

* *Integra.*

Luna. 1. A. integra semiorbicularis lunata.

** *Stellatae.*

rubens. 3. A. stellata, radiis lanceolatis gibbis, undique aculeata.
In Oceano *frequens.*

reticulata. 6. A. stellata, radiis reticulato-aculeatis.
In m. Indico.

*** *Radiatae.*

ophiura. 11. A. radiata radiis quinque simplicibus, stella orbiculata quinqueloba.

pectinata. 14. A. radiata radiis duplicatis: superioribus pinnatis, inferioribus filiformibus.

Caput Medusae. 16. A. radiata, radiis dichotomis. Medusenhaupt.
In omni Oceano, *inprimis* pelagico.

299. ECHINUS. *Corpus* subrotundum, crusta ossea tectum, spinis mobilibus saepius aculeatum.
Meerigel.
Os quinquevalve subtus.

* *Regulares ano verticali.*

esculentus. 1. E. hemisphaerico-globosus; ambulacris denis; areis obsolete verrucosis.
In Oceano europaeo *et* indico.

Cidaris. 8. E. hemisphaerico-depressus; ambulacris quinis repandis linearibus; areis alternatim bifariis.

mammillatus. 9. E. haemisphaerico-ovalis: ambulacris denis flexuosis; areis muricatis verrucosis: angustioribus abbreviatis.

** *Irregulares: apertura ani subtus uti os.*

spatagus. 12. E. ovatus gibbus: ambulacris quaternis depressis.
In Oceano *omni.*

rosa-

rosaceus. 14. E. planiusculus ovato-subrotundus: ambulacris quinis ovalibus superficie punctata.

Orbiculus. 17. E. planus suborbiculatus; ambulacris quinis ovalibus, ano subremoto.
In M. Indico.

III. TESTACEA,

Animalia *mollusca*, *simplicia*, *domo*, *saepius calcarea*, *propria obtecta*.

300. CHITON. *Animal* Doris.
Testae plures, longitudinaliter digestae, dorso incumbentes.

tuberculatus. 2. C. testa septemvalvi, corpore tuberculato.
In America.

punctatus. 6. C. testa octovalvi laevi, corpore punctis excavatis.
In Asia, Europa, America.

301. LEPAS. *Animal* Triton.
Meertulpen. *Testa* multivalvis, inaequivalvis, basi affixa.

Balanus. 10. L. testa conica sulcata fixa, operculis acuminatis.
Habitat ad littora oceani Europaei.

balanoides. 11. L. testa conica truncata laevi fixa, operculis obtusis.
In O. septentrionalis *rupibus*; *minor*.

testudinaria. 14. L. testa plano-convexa, fixa, radiis sex excavatis striatis.
In Pelago, *saepe in Testudinibus*.

Mitella. 15. L. testa compresso-erecta difformiter striata.

anatifera. 18. L. testa compressa quinquevalvi laevi, intestino insidente.

Species omnium Testaceorum per omnia genera continuo numerantur ab ill. de Linnè.

302. PHOLAS. *Animal* Afcidia.

Tefta bivalvis, divaricata, cum minoribus acceſſoriis difformibus, ad cardinem.

Cardo recurvatus, connexus cartilagine

Dactylus. 20. Ph. teſta oblonga hinc reticulato-ſtriata.
Habitat intra Europae *ſcopulos*, *perterebratis ſaxis*, *noctu lucens*.

303. MYA. *Animal* Aſcidia.

Teſta bivalvis, hians altera extremitate.

Cardo dente (plerisque) ſolido, craſſo, patulo, vacuo (*nec inſerto teſtae oppoſitae.*)

arenaria. 27. M. teſta ovata poſtice rotundata, cardinis dente antrorſum porrecto rotundato denticuloque laterali.
In O. Europae *ſeptentrion. ſub arena*.

margaritifera. 29. M. teſta ovata antice coarctata, cardinis dente primario conico, natibus decorticatis. Perlmuſchel.
In totius orbis *arctici cataractis*.

304. SOLEN. *Animal* Aſcidia.

Teſta bivalvis, oblonga, utroque latere hians.

Cardo Dens ſubulatus, reflexus, ſaepe duplex, non inſertus teſtae oppoſitae; margo lateralis obſoletior.

Vagina 33. S. teſta lineari recta: extremitate altera marginata, cardinibus unidentatis.
In m. Europaeo, Indico.

Siliqua. 34. S. teſta lineari recta, cardine altero bidentato.

305. TELLINA. *Animal* Tethys.

Teſta bivalvis, antice hinc ad alterum latus flexa.

Cardo:

Cardo: Dentes tres: laterales plani, alterius testae.

* Ovatae, *crassiusculae.*

Lingua-felis. 45. T. testa subovata scabra: squamulis lunatis quincuncialibus.
In O. Asiatico.

angulata. 47. T. testa subovata striis transversis recurvatis, antice angulata, dentibus lateralibus nullis.

** Ovatae *compressae.*

foliacea. 51. T. testa ovali, pube scabra, rima serrata.

306. CARDIUM. *Animal* Tethys.

Herzmuschel. *Testa* bivalvis, subaequilatera, aequivalvis.

Cardo Dentibus mediis binis alternatis; lateralibus remotis insertis.

costatum. 73. C. testa gibba aequivalvi: costis elevatis carinatis concavis membranaceis.

Cardrissa. 74. C. testa cordata: valvulis compressis dentato-carinatis, natibus approximatis.

echinatum. 79. C. testa subcordata: sulcis exaratis linea ciliata aculeis inflexis plurimis.

Fragum. 83. C. testa subcordata subangulata: sulcis notatis lunulis elevatis.

Unedo 84. C. testa subcordata: sulcis lunulis coloratis.

307. MACTRA. *Animal* Tethys.

Testa bivalvis, inaequilatera, aequivalvis.

Cardo dente medio complicato cum adjecta foveola; Lateralibus remotis insertis.

solida. 100. M. testa opaca laeviuscula subantiquata.
In Oceano Europaeo.

lutraria. 101. M. testa ovali oblonga laevi, dentibus lateralibus nullis.
Habitat ad ostia fluviorum Oceani Europaei.

308.

308. DONAX. *Animal* Tethys.
Testa bivalvis, margine antico obtusissimo.
Cardo Dentibus duobus; marginalique solitario, subremoto, sub ano.

Trunculus. 105. D. testa antice laevi, intus violacea, marginibus crenatis.

scripta. 109. D. testa ovata compressa laevi, scripta lineis purpureis undatis, rima acuta, marginibus crenulatis.

309. VENUS. *Animal* Tethys.
Testa bivalvis, labiis margine antico incumbentibus.
Cardo dentibus 3: omnibus approximatis: lateralibus apice divergentibus.
Vulva et *Anus* distincta.

* *Pubentes.*

Dione. 112. V. testa subcordata transverse sulcata, pube spinosa. Venusmuschel.
Habitat in O. Americae.

Paphia. 113. V. testa subcordata, rugis incrassatis, pube rugis attenuatis, labris complicatis.

Dysera. 115. V. testa subcordata: sulcis transversis remotis reflexis, margine crenulato.

** *Impuberes subcordatae.*

maculata. 126. V. testa cordata laevi: maculis exoletis sparsis.

castrensis. 129. V. triangulo-rotundata gibba glaberrima characteribus angularibus inscripta.

fimbriata. 133. V. testa ovali gibba longitudinaliter striata, transverse sulcata, margine crenulato.

310. SPONDYLUS. *Animal* Tethys.
Testa inaequivalvis, rigida.
Cardo dentibus 2 recurvis, cum foraminulo intermedio.

Gaederopus. 151. S. testa subaurita spinosa. Lazarusklappe.
regius. 152. S. testa inaurita spinosa.

311.

311. CHAMA. *Animal* Tethys.
Testa bivalvis, grossior.
Cardo callo gibbo, oblique inserto fossulae obliquae.
Vulva clausa absque nymphis.

Cor. 154. C. testa subrotunda laevi, natibus recurvatis, rima hiante.
In m. Adriatico *versus Dalmatiam.*

Gigas. 155. C. testa plicata fornicato-squamosa, ano hiante crenato. Hohlziegel. Nagelschulpe.

Lazarus. 164. C. testa imbricata lamellis laceris, nate oblique subspirali.

gryphoides. 165. C. testa orbiculata muricata: valvula altera planiore; altera nate productiore subspirali.

bicornis. 166. C. testae valvulis conicis: natibus corniformibus obliquis tubulosis valvula longioribus.

312. ARCA. *Animal* Tethys?
Testa bivalvis, aequivalvis.
Cardo Dentibus numerosis, acutis, alternis, insertis.

* Margine *integerrimo*; Natibus *recurvatis.*

tortuosa. 168. A. testa parallelipipeda striata, valvula oblique carinata, natibus recurvis, margine integerrimo. der Haspel.
Habitat in - - Norvegia *similis, sed minuta.*

** Margine *integro*; Natibus *inflexis.*

Noae. 169. A. testa oblonga striata apice emarginata, natibus incurvis remotissimis, margine integerrimo hiante. die Arche Noä.
Habitat in M. Rubro, Mediterraneo, Indico.

*** Margine *crenato*; Natibus *recurvatis.*

antiquata. 174. A. testa oblique cordata multisulcata sulcis muticis, natibus recurvis, margine crenato.
Habitat in O. Americano, Africano.

senilis. 175. A. testa oblique cordata octosulcata laevi, natibus recurvis, margine plicato.
Habitat ad Jamaicam, *inque* O. Africano.

**** Mar-

**** Margine *crenato*; Natibus *inflexis*.

Glycymeris. 181. A. teſta ſuborbiculata gibba ſubſtriata, natibus incurvis, margine crenato.
Habitat ad inſulam Garnſey. *Inque* O. Africano.

313. OSTREA. *Animal* Tethys.
Teſta bivalvis, inaequivalvis, ſubaurita.
Cardo edentulus foſſula cava ovata, ſtriisque lateralibus transverſis.
*Vulva Anus*ve nullus.

* Pectines *auriculati*, *aequilateres*.

maxima. 185. O. teſta inaequivalvi radiis rotundatis longitudinaliter ſtriatis.
Habitat in Oceano Europaeo.

Pleuronectes. 190. O. teſta aequivalvi radiis 12 duplicatis, extus laevi. Die Compas-Muſchel.
Habitat in Indiis.

** Pectines *auricula altera intus ciliato ſpinoſa*.

Pallium. 193. O. teſta aequivalvi radiis 12 convexis, ſtriata ſcabra ſquamis imbricata. Der Mantel. Königsmantel.

nodoſa. 194. O. teſta inaequivalvi radiis 9 nodoſo-veſicularibus. Die Korallenmuſchel.
Habitat in O. Africano *et* Indico.

*** Pectines *valvulis altero latere magis gibbis*.

Lima. 206. O. teſta aequivalvi gibba radiis 22 imbricatis ſquamis, altero margine rotundato, auriculis obliteratis.
Habitat in O. meridionali.

**** Rudes, *vulgo* Oſtreae *dictae*.

malleus. 207. O. teſta aequivalvi triloba: lobis transverſis. Das Crucifix. Der polniſche Hammer.
Habitat in O. Aſiatico, pretioſa.

Folium. 209. O. teſta inaequivalvi ovata lateribus obtuſe plicata paraſitica. Das Lorbeerblatt.
Habitat ad Jamaicam.

edulis.

edulis. 211. O. testa inaequivalvi semiorbiculata membranis imbricatis undulatis: valvula altera plana integerrima. Gemeine Auster.
Habitat in Oceano Europaeo.

Isogonum. 214. O. testa aequivalvi lobo laterali majore, cardine multoties sulcato. Der Winkelhaken.
Habitat in Indiis.

314. ANOMIA. *Animal* Corpus Ligula *emarginata ciliata, ciliis valvulae superiori affixis.* Brachiis 2, *linearibus, corpore longioribus, conniventibus, porrectis, valvulae alternis, utrinque ciliatis, ciliis affixis valvulis utrisque.*

Testa inaequivalvis: valvula altera planiuscula, altera basi magis gibba; harum altera saepe basi perforata.

Cardo edentulus cicatricula lineari prominente introrsum dente laterali; valvulae vero planioris in ipso margine.

Radii duo ossei pro basi animalis.

craniolaris. 216. A. testa orbiculata: valvula gibbosiore conico-convexa, planiore basi foraminibus tribus.
Habitat in Scania *ad* Ifvo *et* Balsbergam, *nondum viva reperta.*

Gryphus. 226. A. testa oblonga laevi: altera plica laterali obsoleta: nate incurvata; altera brevi planiuscula.
Habitat . . fossilis.

Caput serpentis. 236. A. testa obovata striata tomentosa: valvula altera nate longiore perforata.
Habitat in abysso M. Norvegici.

Terebratula. 237. A. testa obovata laevi convexa: valvula altera triplicata, altera biplicata.
Habitat in M. Norvegico.

Hysterita. 239. A. testa dilatata laevi convexa striata subtriloba, antice depressa, margine acuto.
Habitat . . fossilis.

315. MYTILUS. *Animal* Ascidia?
Testa bivalvis, rudis, saepius affixa Bysso.
Cardo edentulus, distinctus linea subulata excavata longitudinali.

* Parasitici; *unguibus affixi.*

Crista galli. 243. M. testa plicata spinosa, labro utroque scabro.
Habitat in O. Indici *Gorgoniis.*

** Plani s. *compressi, ut plani appareant et subauriti.*

margaritiferus. 246. M. testa compresso-plana suborbiculata, basi transversa, imbricata tunicis dentatis.
Habitat in utriusque Indiae *Oceano.*

*** *Ventricosiusculi.*

lithophagus. 248. M. testa cylindrica utrinque extremitatibus rotundatis.
Habitat in O. Indico, Europaeo, Mediterraneo, *penetrans et exedens Marmora, Corallia etc.*

edulis. 253. M. testa laeviuscula violacea. valvulis antice subcarinatis, postice retusis, natibus acuminatis.
Habitat in O. Europaeo, Indico *et* M. Balthico, *fetis* scopulis *annexus.*

Modiolus. 256. M. testa laevi, margine anteriore carinato, natibus gibbis, cardine sublaterali.
Habitat in M. Mediterraneo, Norvegico *edulis.*

Hirundo. 262. M. testa laevi, valvulis bilobis, lobo cardinali longiore tenuioreque. Das Vögelein.
Habitat in O. meridionali, Mediterraneo.

316.

316. PINNA. *Animal* Limax.
Steckmuschel. *Testa* subbivalvis, fragilis, erecta emittens barbam Byssinam.
Cardo edentulus, coalitis in unam valvulis.

rudis. 263. P. testa sulcata: squamis fornicatis per series digestis.
Habitat in O. Meridionali, Mediterraneo, Asiatico.

muricata. 266. P. testa striata: squamis concavis ovatis acutis.
Habitat in M. Mediterraneo.

317. ARGONAUTA. *Animal* Sepia.
Testa univalvis, spiralis, involuta, membranacea, unilocularis.

Argo. 271. A. carina subdentata.
Habitat in Pelago, M. Indico, Mediterraneo.

Cymbium. 272. A. carina rugosa mutica.
Habitat in M. Mediterraneo, *minuta.*

318. NAUTILUS. *Animal* (*Rumph. mus. t.* 17. *f. D.*)
Testa univalvis, isthmis perforatis concamerata, polythalamia.

* Spirales *rotundati.*

Pompilius. 273. N. testa spirali, apertura cordata, anfractibus contiguis obtusis laevibus. Schiffboot, Schiffkuttel.
Habitat in India, Africa.

Calcar. 274. N. testa spirali, apertura lineari, anfractibus contiguis, geniculis elevatis.
Habitat in M. Adriatico, *minutus.*

Spirula. 279. N. testa spirali, apertura orbiculari, anfractibus disjunctis cylindricis.
Habitat in America, Amboina, Muluccis.

** Elongati *rectiusculi.*



O Or-

Orthoceras. 289. N. testa recta: anfractibus carinato-striatis.
Habitat in alto Pelago; *Fossilis.*
Testa frequentissima petrificata in montibus nostris calcareis, inter omnia fossilia nobis nota saepe longissima, non dum visa immutata.

319. CONUS. *Animal* Limax.
Testa univalvis, convoluta, turbinata.
Apertura effusa, longitudinalis, linearis, edentula, basi integra.
Columella laevis.

* Truncati *s. Spira fere truncata.*

marmoreus. 290. C. testa conica fusca, maculis ovatis albis, spirae anfractibus canaliculatis.
Habitat in Asia.

imperialis. 291. C. testa albida: fasciis longitudinalibus lividis cingulisque linearibus albo fuscoque articulatis. Die Reichskrone; Kayserkrone.

litteratus. 292. C. testa conica alba, punctis fuscis. Das Musikhorn.
Habitat in O. Asiatico.

Generalis. 293. C. testa conica nitida, spira plana muricata: anfractibus canaliculatis.
Habitat in India orientali.

Capitaneus. 295. C. testa conica glabra, basi fusca, spira convexiuscula.
Habitat in Asia.

Ammiralis. 298. C. testa basi punctato scabra.

summus. β. *C. testa ferruginea maculis albis sparsis: fasciisque 4 flavis tenuissime reticulatis: tertia cingulo albo maculato.* Der Oberadmiral.

ordinarius. γ. *C. testa testacea maculis albis acutis: fasciis tribus albis subreticulatis, media cingulo articulato.*

occidentalis. δ. *C. testa testacea albo maculata: fasciis quatuor flavis reticulatis cingulo articulato.*

Cedo

Cedo nulli. ε. C. *testa testacea, albo maculata cingulisque tribus, supremo composito, omnibus punctatis.*
Habitat in O. Americae meridionalis, *pretiosus, at pretiosissimus ε.*

ebraeus. 310. C. testa ovata alba: fasciis nigris ex maculis transversis. Die Baurenmusik.
Habitat in India.

Stercus muscarum. 311. C. testa basi emarginata striata, spirae anfractibus canaliculatis. Fliegendreck.
Habitat in Asia.

*** Elongati *basi rotundata, cylindro duplo longiore quam spira.*

Aurisiacus. 316. C. testa incarnata laevi fasciis albidis, anfractuum summis canaliculatis. Orange-Admiral.

**** Laxi *ventricosi, in dorsum dirjecti super mensam tinnitantes.*

Geographus. 324. C. testa oblonga gibba coronata, apertura dehiscente.
Habitat in India.

320. CYPRAEA. *Animal* Limax.
Porzellanen. *Testa* univalvis, involuta, subovata, obtusa, laevis.
Apertura utrinque effusa, linearis, utrinque dentata, longitudinalis.

* Mucronatae.

Mappa. 326. C. testa subturbinata characteribus inscripta, linea longitudinali ramosa. Die Landcharte.
Habitat in O. Africae.

Argus. 328. C. testa subturbinata subcylindrica adspersa ocellis, subtus maculis quatuor fuscis.
Habitat in O. Africae.

** Obtusae *absque spira manifesta.*

Caput serpentis. 339. C. testa obtusa triquetro-gibba, postice obtusiuscula. Schlangenkopf.
Habitat in Mauritio.

O 2 Ti-

Tigris. 343. C. testa obtusa ovata, postice obtusa, antice rotundata, linea longitudinali testacea.
Habitat in Madagascar, Java.

Lynx. 344. C. testa oblongo-ovata punctis fuscis lineaque flavescente, postice acutiuscula, ore ruso.
Habitat ad Madagascar.

*** Umbilicatae.

Asellus. 351. C. testa umbilicata alba: fasciis tribus fuscis.
Habitat in Maldivis.

**** Marginatae.

Moneta. 354. C. testa marginato-nodosa albida.
Habitat ad Africam, *in M.* Mediterraneo: *Alexandriae; imprimis in* Maldivis.

Pediculus. 364. C. testa marginata transversim sulcata.
Habitat in Jamaica, Europa.

321. BULLA. *Animal* Limax.

Blasenschnecke. *Testa* univalvis, convoluta, inermis.
Apertura subcoarctata, oblonga, longitudinalis, basi integerrima.
Columella obliqua, laevis.

Ovum. 369. B. testa ovata obtuse subbirostri, labro dentato.
Habitat in O. Asiatico.

Spelta. 372. B. testa oblonga utrinque obtusiuscula aequali, labro arcuato: margine intus incrassato.
Habitat in M. Mediterraneo.

Naucum. 375. B. testa rotundata pellucida transversim substriata, utrinque umbilicata.
Habitat in Asia.

Ampulla. 378. B. testa rotundata opaca, vertice umbilicato.
Habitat ad ins. Mauritii, Jamaicam, Barbados, Africam.

Ficus. 382. B. testa obovato-clavata reticulato-striata, cauda exserta, spira obliterata. Die Feige.
Habitat in O. Indico *ad* Amboinam.

Rapa.

Rapa. 383. B. testa rotundato-turbinata substriata, cauda curva, spira exquisita.
Habitat in O. Asiatico, *rarius.*

virginea. 390. B. testa subturrita erecta, columella truncata sanguinea.
Habitat in Africae *fluviis.*

achatina. 391. B. testa ovata, apertura obovata apiceque sanguineis, columella truncata.
Habitat in O. Americano. *media inter Helices et Bullas.*

322. VOLUTA. *Animal* Limax.
Testa unilocularis, spiralis.
Apertura ecaudata, subeffusa.
Columella plicata: Labio Umbilicove nullo.

* *Apertura integra.*

Auris Midae. 392. V. testa coarctata ovali-oblonga, spira rugosa, columella bidentata.
Habitat in Indiae *orientalis paludibus.*

** Cylindroideae *s. subcylindricae, emarginatae.*

Oliva. 399. V. testa emarginata cylindroide laevi, spirae basi reflexa, columella oblique striata.
Habitat in M. Indico.

*** Ovatae *s. obovatae, effusae, emarginatae.*

glabella. 407. V. testa integerrima ovata laevi, spira laevigata columella quadriplicata, labro gibbo marginato denticulato.
Habitat in O. Africano.

**** Fusiformes.

Mitra. 425. V. testa emarginata fusiformi laevi, labro denticulato, columella quadriplicata.
episcopalis. *Bonan. recr.* 3. *f.* 120. Bischofsmütze.
papalis. 426. *Rumph. mus.* t. 29. f. I. Mitra papalis. Pabst-krone.

***** Ventricosae.

aethiopica. 435. V. testa emarginata ventricosa, spira coronata spinis fornicatis, apice papillari, columella quadriplicata. Aethiopische Krone.
Habitat in M. Persico *et* Key Asiae.

Cymbium. 436. V. testa emarginata ventricosa, spira anfractibus canaliculato-marginatis, apice papillari, columella biplicata.
Habitat in M. Iberico.

Olla. 437. V. testa emarginata ventricosa, spira levigata, apice papillari, columella quadriplicata.
Habitat in Philippinis Asiae.

323. BUCCINUM. *Animal* Limax.
Sturmhaube. *Testa* univalvis, spiralis, gibbosa.
Apertura ovata, desinens in Canaliculum (s. retusam Lacunam) dextrum, cauda retusum.
Labium interius explanatum.

* a * Ampullacea *inflata, rotunda, tenui-subdiaphana, fragilis.*

Perdix. 440. B. testa ovata inflata subsulcata alboque undulata, apertura edentula.
Habitat ad Americam.

Pomum. 441. B. testa ovata cincta sulcis obtusis, apertura dentata.
Habitat ad Javam.

Dolium. 442. B. testa ovata cincta sulcis obtusis remotis, cauda prominula.
Habitat in M. Siculo, Africano.

* b * Cassidea *Caudata: cauda exserta brevi reflexa; Labro extrorsum inermi.*

Echinophorum. 443. B. testa cingulis quatuor tuberculosis, cauda prominente.
Habitat in M. Mediterraneo.

Areola. 451. B. testa substriata maculis quadratis quadrifariam cincta, apertura dentata, cauda recurva.
Habitat in M. Mediterraneo, Java.

* c * Cassidea *unguiculata: labro postice extrorsum aculeato; caeterum similia Caudatis b.*

Vibex. 454. B. testa laevi tota, labro postice muricato.
Habitat ad Jamaicam, Alexandriae.

* d * Cal-

* d * Callosa: *columellae labio dilatato incrassato.*

Arcularia. 457. B. testa plicata papillisque coronata, labio interiore explanato gibbo.
Habitat ad Javam.

* e * Detrita: *columellae labium quasi abrasum, planum.*

Harpa. 462. B. testa varicibus aequalibus longitudinalibus distinctis mucronatis, columella laevigata. Davidsharfe.
Habitat ad Benghala.

* f * Laevigata *(nec praecedentia).*

spiratum. 469. B. testa laevi, anfractibus canali plano distinctis, columella abrupta perforata.
Habitat in M. Mediterraneo.

glabratum. 470. B. testa glaberrima, anfractibus obsoletis: infimo basi subcanaliculato producto.
Habitat in O. Americano, Tranquebar.

* Angulata *(nec antea dicta).*

undosum. 472. B. testa ovata: striis transversis elevatis glabris, ventre obtuse quinquangulari, labro intus striato.
Habitat in Asia.

* g * Turrita; *laevia, subulata.*

maculatum. 479. B. testa turrita subfusiformi, anfractibus laevibus indivisis integerrimis.
Habitat in O. Africae, Asiae.

324. STROMBUS. *Animal* Limax.
Testa univalvis, spiralis, latere ampliata.
Apertura, Labro saepius dilatato, desinens in canalem sinistrum.

* Digitati; *labio in lacinias lineares exeunte.*

Fusus. 489. S. testa turrita laevi, cauda subulata, labro dentato.
Habitat in America; *rarior.*

Pes pelecani. 490. S. testae labro tetradactylo palmato digitis angulato, fauce laevi.
Habitat in O Europaeo, Norvegico, Mediterraneo, Americano.

Chiragra. 491. S. testae labro hexadactylo, digitis curvis, cauda recurvata. Teufelsklaue.
Habitat ad Bandam Asiae.

** Lobati.

Auris dianae. 497. S. testae labro antice mucronato, dorso muricato, cauda erecta acuta.
Habitat in O. Asiae.

Pugilis. 498. S. testae labro antico prominente rotundato laevi, spira spinosa, cauda triloba obtusa.
Habitat ad Jamaicam.

*** Ampliati.

Lucifer. 503. S. testae labro antice rotundato integro, ventre dupliciter striato, spira carinata: tuberculis superioribus minutis
Habitat ad Americam *australem*.

Canarium. 507. S. testa subcordata, labro rotundato brevi retuso, spiraque laevi.
Habitat in O. Asiae.

**** Turriti *spira longissima*.

ater. 516. S. testa turrita laevi, labro antice posticeque soluto.
Habitat in Asiae *paludibus*.

325. MUREX. *Animal* Limax.
Testa univalvis, spiralis, exasperata suturis membranaceis.
Apertura desinens in canalem integrum, rectum s. subadscendentem.

* a * Spinosi *cauda exserta*.

Haustellum. 518. M. testa ovata tuberculata, cauda elongata subulata recta muricata. Schnepfenkopf.
Habitat in O. Asiae.

Tri-

Tribulus. 519. M. testa ovata spinis setaceis trifariis, cauda elongata subulata recta similiter spinosa. Spinnenkopf.
Habitat in O. Asiae, *Java.*

Trunculus. 522. M. testa ovata nodosa anterius spinis cincta, cauda breviore truncata perforata.
Habitat in M. Mediterraneo, Jamaica.

b Frondosi *suturis crispato-frondescentibus, cauda abbreviata, vulgo* Purpurae *dicti.*

ramosus. 523. M. testa trifariam frondosa, spira contigua, cauda truncata.
Habitat in Sinu Persico, Jamaica.

c Varicosi: *suturis rotundatis torosis crassisque.*

Rana. 527. M. testa varicibus oppositis compressis scabra, cingulis muricatis, apertura subedentula ovata.
Habitat in O. Asiatico.

Olearium. 530. M. testa varicibus subalternis numeroso-tuberculata, dorso postice mutico striato, apertura edentula.
Habitat in Europa *australi*, M. Mediterraneo, Africano.

Femorale. 531. M. testa varicibus decussatis trigona rugosa, antice nodulosa, apertura edentula: antice transversa.
Habitat in O. Asiatico.

Pyrum. 535. M. testa varicosa ovata, transversim sulcata nodosa, cauda longiore flexuosa subulata.

Anus. 539. M. testa varice labiisque dilatato-membranaceis, gibbosa reticulato-tuberculata, apertura sinuosa, cauda erecta.
Habitat in O. Asiatico.

d Ecaudati *subechinati.*

neritoideus. 542. M. testa ecaudata nodosa plurimis ordinibus, labro angulato, columella planiuscula.

Hippocastanum. 545. M. testa ecaudata ovata striata quadrifariam subspinosa, apertura transversim striata.
Habitat in O. Asiae *ad Bandam.*

e Caudigeri: *cauda subulata clausa recta elongata, testa inermi.*

babylonius. 549. M. testa turrita cingulis acutis maculatis recto-caudata, labro fisso.
ARILLUS interdum includit partialiter femen.

20. RECEPTACULUM: *bafis* partes fructificationis connectens.

PROPRIUM unius floris.

COMMUNE pluribus *flofculis* feffilibus.

UMBELLA inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.

UMBELLULA partialis umbella.

CYMA umbella compofita ramulis alternis.

SPADIX intra Spatham, praeprimis Palmae.

RACHIS Spicae Graminis, cui flores infculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis fubftantia conftat duplici contraria:

CORPOREA externa, includens, nutritiva, defcendens, terrenis adhaerens, ftudiofe medullam incarcerans, duriufcula, apice tenerrimo accrefcens.

MEDULLA interna, inclufa, vivificans, bafi deliquefcens, apice adfcendens, multiplicatione divifibilitate terminoque infinita, in creatione accenfa, a pri-

primordio occulte festinat lenteque versus minimam resistentiam ad summum, suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius eo claustra citius referat metamorphosin subitura, quaeque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit dispersis *Seminibus*, per *Hilum* absorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, usque dum foetus *Rostellum* Radiculas exserat, quo erigatur *Plumula* accrescens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* supradecomposita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* sugentibus tincturam aquosam Humi, quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corporei externi vasa, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis secedentem in substantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interstinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis subossificato) sustentaturam Caudicem adscendentem, intra cujus apices *Medulla* viva properat.

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris Nerveis isocelem formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in Gemmam. A dissecto, per hunc nervum, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Parasiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore roridum perspirat, a casu nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero Larva herbae, ubi Medullae major propulsio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur substantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullae* in Pistilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullae Semina.

24.

24. PROLEPSIS fiftit Metamorphofeos Plantarum myfterium, quo Herbae *Larva* mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantae enim eft producere vel *Herbam* foliofam, vel etiam *Fructificationem*.

Folium genuinum femper in finu fovet Rami multiplicantis principium, five actu, five potentia tale; cumque Folium fit natum ob hujus cauffam, nec viciffim, nequit exiftere Folium, nifi hoc principium perforaverat antea corticem, e quo ortum eft, licet effectus ante fuam cauffam manifeftus.

Gemma genuina eft *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma femper conftat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo non dum elongato) approximatis. *Cumque* Folia fine Gemma exiftere nequeant, neceffe eft quod Gemmata lateat in finu cujusvis fquamae gemmaceae, confirmante autopfia, adeoque nequit omnis Gemma aliud effe, quam corpus a foliis et gemmulis compofitum. Sequitur itaque quod omnis Gemma conftet Foliis cum fuis Gemmulis et hae *Gemmulae* fimiliter ex minoribus fquamis et gemmulis, et fic porro usque in quintam progeniem (ut in Volvoce), nec ultra, confirmante metamorphofi. Ergo Ramus foliofus praefentis anni, foetus fit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, fuccedentibus femper novis ad extremos apices, in defoliatorum, ad bafin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori fubftantia lignea; in *Plantis* annuis autem, ubi minor refiftentia corporei laxioris verfus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmacea exire in Flores; quodcunque enim valet propulfionem Medullae augere et inclufivam vim Corporei debilitare, id promovebit florefcentiam.

Florem dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, fimul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, fequentis *Calycem*, infequentis *Corollam*, confequentis *Stamina*, fubfequentis *Piftillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA fiftit Plantarum *Sponfalia* in Flore, (*) et *Nuptias* in Anthefi.

FLOS, exuta Herbae Larva, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta inftar *Infecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, conftantis folis *Vifceribus* Genitalibus: *Mafculis* ftaminibus ex Antheris *Tefticularibus*, repletis Polline *genitali*, continente *Fovillam* vivificantem, et *Femineis* Piftillis ex Germinis *ovario*, terminato Stigmate *vulvifero*, tecto *pube* tubulofa, refudante *Lympham genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum Antherae ruptae fpargunt fuum *Pollen* veficulare fupra *Stigma*, quo efflat hoc inclufam *Fovillam* mafculam, abforbendam a *Lympha genitali* feminea refudante, ut corporeum mafculum addito Femineo medullari conficiat *ovum*, in juftam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, eft altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio e fimplici progreffum ad compofita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creaffe plantas diverfas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, IPSUM dein ita inter fe generando mifcuiffe, ut totidem exorientur plantae, quot hodie diftincta exiftunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae ftructuram floris non mutant) inter fe mifcuiffe et multiplicaffe in *Species* exiftentes, quotquot poffibiles, exclufis tamen e numero fpecierum, ab ejusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote fterilibus.

GENUS itaque omne eft naturale, confirmante natura, faltum non faciente.

CHARACTER ergo non conftituat umquam genus, fed fedulo fecundum Genus naturae conficiendus eft.

PLANTAE congeneres funt quoad genus dignofcendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; fed diftinguendae in fpecie fecundum Herbam a fociis fororibus, diverfo patre productis.

Di-

(*) Sponfalia plantarum. *Amoen. acad. XII.*

Diagnosis ſic plantae conſiſtit in affinitate *Generis* et in diſcrimine *Speciei*.

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnoſin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium. *Specificum* Praenomen triviale. ſub hoc vero *Synonyma* vaga authorum.

Botanicus ſequendo *Claſſificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Larvae ad *Speciei* appellationem; inde ad hujus *Synonyma*; ex his ad *Authores*; exinde ad *omnia*, quae de objecto quaeſtionis, ſeculi beneficio ad nos pervenere. Sic dicat ipſa planta ſuum Nomen, ſuamque Hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum imo individuorum; hoc finis Botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quod perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* deſudabit in augendo amabilem Scientiam:

Descriptiones conficiat verbis characteriſticis, Plantarum imprimis obſcuriorum, rariorum novarumque, ad normam Delineationis plantae, *more C. L. filii et Schreberii in Decuriis*.

Figuras, ſi poterit, addat, quae repreſentent Plantam perfectam, *quales dedere Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Jacquin*, *Trew*, *Schmiedel*, &c.

Differentias ſpecificas eruat compendioſas, propriiſſimasque.

Synonyma authorum inquirat, imprimis ſelectiora; *uti Hallerus*.

Genus naturale ſemper Speciei praefigat, et ubi novum, *Charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis ſitu, figura, numero, proportione.

Species vagas novasque ad certa genera referat, uti *Tournefort*, *Plumier*, *Browne*, *Jacquin*.

Ordinem naturalem, ubi patet, indigitet.

Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, imprimis *Auſtrales* et *Exoticas*.

Proprietates obſervet, quales *Duratio*, *Seminatio*, *Gemmatio*, *Vernatio*, *Æſtivatio*, *Nuptiae*, *Fron-*

Frondeſcentia, *Calendarium*, *Horologium*, *Somnus*, *Qualitates*.

Usus addat; quales uſus *Naturae* (Panis Pandoraeque) *Medicus*, *Oeconomicus* &c. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Authoris et in commodum generis Humani, ut poſteri demum obambulent in ſerena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes:

Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicere.

Abſonos extollunt, Praeſtantiores rodunt zelo ſtomachoſo.

Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.

Grano eruditionis reperto ſtentorii ebuccinant.

Genera e male aſſumtis lacerant, multiplicant.

Methodum naturalem ſibi notam crepant.

DE-

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENUS. Nomen *selectissimum.*
Character naturalis, essentialis, artificialis.
Classis Ordoque *Systematis praestantissimi.*
Ordo naturalis *demonstrandus.*

SPECIES. Nomen triviale.
Differentia specifica *demonstranda*: *certissima*, *brevissima.*
Synonyma *ex* Descriptione *f.* Figura *selecta*; vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici*, *specifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globosa, tuberosa, fascicularis, palmata.
d. bulbosa, granulata.

TRUNCUS *specie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus.
solidus, inanis, fistulosus.
mensura a. (proportio *ad folia reliquasque partes.*)
b. crassities *ex simili notissimo.*
directione a. erectus, strictus, rigidus,
laxus, obliquus, adscendens,
declinatus, incurvatus, nutans,
diffusus, procumbens, stoloniferus.
b. sarmentosus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuosus, scandens,
volubilis: *sinistrorsum*, *dextrorsum*;

figu-

figura a. teres, femiteres, compreffus, anceps, 3-10angulatus, acutangulus, obtufangulus.
b. 3-6gonus, 3-5queter.
veftitu nudus, aphyllus, foliatus, vaginatus, fquamofus, imbricatus.
fuperficie a. fuberofus, rimofus, tunicatus,
b. laevis, ftriatus, fulcatus,
c. glaber, fcaber, muricatus, tomentofus, villofus, hifpidus, aculeatus, fpinofus, urens.
d. ftipulatus, membranatus, bulbiferus.
compofitione. a. enodis, fimpliciffimus, fimplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
c. fubramofus, ramofus, ramofiffimus.
d. virgatus, paniculatus, faftigiatus.
e. patens, divaricatus.

RAMIS a. ftructura Caulis, Frondis.
b. alternis, diftichis, fparfis. confertis, oppofitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus. divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
d. altitud. caulis; longis, brevibus, patentibus.

FOLIA
determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea, axillaria, floralia,
numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.
fitu a. alterna, difticha, bifaria, fparfa, conferta, imbricata, fafciculata, bina, terna, quaterna, quina, confluentia, approximata, remota.
b. oppofita, decuffata, ftellata.
directione a. erecta, ftricta, rigida, adpreffa, patentia; horizont. affurgentia, inflexa. reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adverfa, verticalia, refupinata.
c. fubmerfa, natantia, radicantia.

infer-

infertione a. petiolata, peltata.
b. feffilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

ftructura *figura* a. fubrotunda, orbiculata, ovata, ovalia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, fpatulata.
c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerofa.

angulis integra, 3-5angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.

finubus a. cordata, reniformia, lunata, fagittata, haftata, panduriformia, runcinata,
b. fiffa, 2-5loba, 2-fida, 3-5partita, palmata, lyrata, pinnatifida, finuata, laciniata, fquarrofa.

margine a. integerrima, crenata, ferrata, ciliata, dentata, fpinofa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, erofa, dædalea.

apice a. obtufa, emarginata, retufa, præmorfa, truncata.
b. acuta, acuminata, cufpidata, mucronata, cirrofa.

fuperficie a. pagina: fuperiore, inferiore, nuda, glabra, nitida, lucida, colorata.
b. nervofa: trinervia, trinervata, triplinervia, enervia, lineata, ftriata, fulcata.
c. venofa, rugofa, bullata, lacunofa, avenia.
d. punctata, papillofa, papulofa, vifcida.
e. villofa, tomentofa, fericea, lanata, barbata, pilofa, fcabra, hifpida, aculeata, ftrigofa.

expanfione plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata, plicata, undata, crifpa.

fub-

Ob loco *obverfe*, e. gr. obcordata, obovata, &c.
Sub loco *fere*, e. gr. fubcordata, fubovata, &c.
Coadunantur fæpe figuræ ejusdem divifionis, non vero diverfæ.
bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata &c.
male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

ſubſtantia a. *membranacea*, ſcarioſa, gibba, teretia, depreſſa, compreſſa, carinata.
b. compacta, tubuloſa, pulpoſa, carnoſa,
c. triquetra, ancipitia, lingulata, enſiformia. ſubulata, acinaciformia, dolabriformia.

menſura breviſſima, longiſſima *reſpectu ad caulem articulosve*.

duratione decidua, caduca, perſiſtentia, perennia, ſempervirentia.

compoſitione *Compoſita* articulata, Conjugata.
Digitata: binata, ternata, quinata, Pedata.
Pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga, &c. *cum* impari, abrupta, cirrhoſa.
Foliolis oppoſitis, alternis, interruptis, decurſivis.

Decompoſita bigemina, biternata, bipinnata,

Supradecompoſita tergemina, triternata, tripinnata.

FULCRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

Petiolus *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, ſemiteres, triqueter,
canaliculatus.

magnit. breviſſimus, brevis, mediocris, longus, longiſſimus.

inſert. *inſertus*, adnatus, decurrens, amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.

direction. erectus, patens, aſſurgens, recurvatus.

ſuperficie glaber, aculeatus, nudus, articulatus, ſpineſcens.

Stipulæ a. geminæ, ſolitariæ, nullæ.
b. laterales, extrafoliaceæ, intrafoliaceæ, oppoſitifoliæ.
c. caducæ, deciduæ, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatæ, decurrentes, vaginantes.
e. ſub-

e. ſubulatæ, lanceolatæ, ſagittatæ, lunatæ.
f. erectæ, patentes, reflexæ.
g. integerrimæ, ſerratæ, ciliatæ, dentatæ, fiſſæ.
h. breviſſimæ, mediocres, longæ.

Cirrhus a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

Pubes a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigæ.
b. ſetæ: ſimplices, hamoſæ, ramoſæ, plumoſæ, ſtellatæ.
c. hami, glochides.
d. Glandulæ, Utriculi.
foliaceæ, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

Arma a. *Aculei*: recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcae* bifidae, trifidae.
c. *Spinae* terminales, axillares, calycinae, foliares, ſimplices, diviſae.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

Bracteæ a. coloratae, caducae, deciduae, perſiſtentes.
b. una, duae, plures.
c. *Coma.*
d. Foliorum *caetera addenda.*

Pedunculus partialis (a-e), communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus,
petiolaris, cirrhiferus,
terminalis, axillaris,
oppoſitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, ſuprafoliaceus, extrafoliaceus.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, umbellula; *ſeſſilis.*
d. *directione* adpreſſus, erectus, patens, cernuus, reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adſcendens,
pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* brevis, breviſſimus, longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, &c. multiflorus.

g. *ſtructura* teres, triqueter, tetragonus, filiformis, attenuatus, clavatus, incraſſatus, nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA, graduali modificatione ſcandit:
Spadix, Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregatum, Compoſita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus, Racemus, Panicula, Thyrſus, Faſciculus, Capitulum, Verticillus, Lateriflor. &c.

Flores terminales, laterales, ſparſi,
ſeſſiles, pedunculati,
unicus, ſolitarius, terni, &c. copioſi,
erecti, cernui, nutantes, reſupinati,
verticales, horizontales.

a. Verticillus a. ſeſſilis, pedunculatus.
b. nudus, involucratus, bracteatus.
c. confertus, diſtans.

b. Capitulum a. ſubrotundum, globoſum, dimidiat.
b. folioſum, nudum. Faſciculus.

c. Spica a. ſimplex, compoſ. ſpicillis, glomerat.
b. ovata, ventricoſa, cylind. interrupta.
c. imbricata, articulata, ramoſa.
linearis, ciliata, foliacea, comoſa.

d. Corymbus ſimplex, compoſitus.

e. Thyrsus nudus, foliatus.

f. Racemus a. ſimplex, compoſitus.
b. unilateralis, ſecundus, pedatus, conjugatus.
c. erectus, laxus, dependens.
d. nudus, foliatus.

g. Panicula Trunci ſtructura.

FRUCTIFICATIO *ex numero, figura, proportione, ſitu* partium.

Simplex. Compoſita ex Floſculis.

Calyx *Perianthium* fructificationis, floris, fructus.

Proprium a. monophyllum, polyphyllum.
b. 2-5fidum, 2-5partitum, integrum.
c. tubuloſum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreviatum, longum, *logitud. tubi.*
e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.
f. aequale, inaequale, labiatum.

Commu-

Commune	imbricatum, ſquarroſum, calyculatum, ſcarioſum.
Involucrum	a. univerſale, partiale, proprium. b. monophyllum-polyphyllum.
Gluma	a. uniflora, 2-multiflora. b. univalvis, bivalvis, multivalvis. c. colorata, glabra, hiſpida.
Ariſta	a. mutica, terminalis, dorſalis. b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.
Amentum	ſquamoſum, nudum.
Spatha	univalvis, bivalvis, dimidiata.
Calyptra	recta, obliqua.
Volva	approximata, remotiſſima.
COROLLA *Petali*	a. Tubus ſ. Ungues; Limbus ſ. Laminae. b. monopetala, 2-6-polypetala. c. regularis, irregularis, inaequalis. d. globoſa, campanul. infundibuliform. rotata. ringens, perſonata: labio ſuperiore & inferiore; Rictu; Palato. cruciata, concava, patens. Papilionacea; *vexillo, alis, carina.* e. Compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata. f. Color.
Nectarium	proprium, petalinum.
STAMINA *Filamenta*	numero, figura, inſertione, proportione, aequalia, inaequalia; connata.
Antherae	diſtinctae, connatae; laterales, incumbentes, erectae. loculi, apertura.
Pollen	figura.
PISTILLUM *Germen*	ſuperum, inferum.
Stylus	numero, proportione, diviſione, figura.
Stigma	numero, figura.
PERICARPIUM *Capſula:*	figura, valvulae, loculamenta, diſſepimenta. bicapſularis &c. bilocularis &c. didyma, tricocca &c.

	Siliqua	figura: compressa, torulosa, articulata.
		Dissepimentum parallelum, transversum.
	Legumen	figura, articulata, 1-2 locularis, isthmis.
	Folliculus univalvis, figura,	
	Drupa	succulenta, sicca.
	Pomum	figura, loculamenta.
	Bacca	monosperma &c. nidulantia semina.
	Strobilus	figura totius, squamarum.
SEMEN	numero,	figura, loculis, superficie, consistentia.
	Hilum,	*Corculum*.
	Corona;	*Pappus* stipitatus, capillaris, plumosus, Cauda, hamus, calyculus.
	Nux	unilocularis, bilocularis &c.
	Arillus	cartilagineus, succulentus.
RECEPTACULUM		fructificationis, floris, fructus.
	Commune	a. nudum, punctatum, pilosum, paleaceum.
		b. planum, convexum, unicum, subulatum.
	Compositus	flos ex *Flosculis*.
	Aggregatus	flos.
	Umbella	a. simplex, composita ex *Universali Partialique*, prolifera.
		b. concava, fastigiata, convexa.
		c. erecta, nutans.
	Cyma	nuda, bracteata.
	Spadix	a. uniflorus, multiflorus.
		b. simplex, ramosus.
		c. Rachis *spica*.

III. HABITUS.

GEMMATIO *Bulbus* solidus, tunicatus, squamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, stipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.

VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.

ÆSTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata. inaequivalvis.

TOR-

TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, finiftra, reciproca.
c. refupinata, circinalis.

VARIATIO coloris, magnitudinis, pubefcentiae, aetatis.
Externa: plicata, fafciata.
latifolia, tenuifolia, crifpa.
mutica.
Interna: a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plena, prolifera, criftata.
c. vivipata, bulbigera.

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *myfteria.*

SEMINATIO. *Seminis* cauda, ala, pappus,
hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpii baccatio, inflatio, vifcofitas, elafticitas, *ftructura.*

PLACENTATIO Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO.

GLIMA boreale, mediterraneum, Alpinum.
Marinum.
orientale, auftrale, occidentale, indicum;

SOLUM lacuftre; littorale, maritimum, falfum,
paluftre, inundatum, uliginofum, caefpitofum,
nemorofum, fylvaticum, arvenfe,
pratenfe, campeftre, montanum,
ruderale, cultum.

TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
Parafitica.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, menfium, annuum, bienne.

FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, ferotina.
Autumnatio praecox, lenta, cunctanea.

CALENDARIUM 1. Germinationis, Frondefcentiae, Florefcentiae.
2. Groffificationis, Maturationis, Meffis.
3. Exfolationis, Defoliationis, Congelationis.
4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.

HOROLOGIUM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
b. apertionis, reclufionis.

SOMNUS Connivens, Includens, Circumfepiens, Muniens, Conduplicans, Involvens, Divergens, Dependens,
Invertens, Imbricans.

DURATIO	*Plantae*	caducae,	fenfiles,	perpetuae.
	Flores	ephemeri,	tridui,	menftrui.
	Fructus	praecoces,	ferotini,	annui.

VI. QUALITAS.

ODOR: Ambrofiacus, Fragrans, Spirans, Aromatius, Orgafticus.
Hircofus, Nidorofus, Teter, Naufeofus, Virofus.

SAPOR: Aquofus, Acidus, Pinguis, Dulcis, Mucofus.
Siccus, Amarus, Stipticus, Acris, Salfus.

COLOR Hyalinus, Ruber, Purpureus, Albus, triftis.
Niger, Luteus, viridis, cinereus, teftaceus.

TACTUS Humidus, tomentofus, Succofus, Carnofus, Vifcidus.
Aridus, lucidus, fcariofus, membranaceus, fcaber.

MENSURA Linearis, Pollicaris, Spithamaeus, Pedalis,
Unguicularis, Palmaris, Dodrantalis, Orgyalis.

VII. USUS.

NATURALIS *Oeconomia* naturae ejusque *Politia*.
fympathia l. antipathia.
Pan *mammalium phytiphagorum domefticorum*.
Pandora *infectorum*.

ARTI-

ARTIFICIALIS *Culinaris*: Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. ſimplicia, praeparata.
b. pretium, locus.
Medica: Vires, Uſus.
Oeconomica inſtrumentalis
paſtoralis:
tinctoria.
culturae: Cerealia.
Macellum.
Officinalis.
Arboretum. Frutetum.
Pomona.
Paſcua.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Florescentia.

- PUBLICAE.
  Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.
  Flores unicuique visibiles
  - MONOCLINIA.
    Mariti & uxores uno eodemque thalamo gaudent.
    Flores omnes hermaphroditi: stamina cum pistillis in eodem flore.
    - DIFFINITAS.
      Mariti inter se non cognati.
      Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.
      - INDIFFERENTISMUS.
        Mariti absque subordinatione.
        Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.	7. HEPTANDRIA.
2. DIANDRIA.	8. OCTANDRIA.
3. TRIANDRIA.	9. ENNEANDRIA.
4. TETRANDRIA.	10. DECANDRIA.
5. PENTANDRIA.	11. DODECANDRIA.
6. HEXANDRIA.	12. ICOSANDRIA.
	13. POLYANDRIA.

      - SUBORDINATIO.
        Mariti certi reliquis praeferuntur.
        Stamina duo semper reliquis breviora sunt.
        14. DIDYNAMIA. | 15. TETRADYNAMIA.
    - AFFINITAS.
      Mariti propinqui & cognati sunt.
      Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

16. MONADELPHIA.	19. SYNGENESIA.
17. DIADELPHIA.	20. GYNANDRIA.
18. POLYADELPHIA.	

  - DICLINIA (a δὶς bis & κλίνη thalamus) duplex thalamus.
    Mariti & Feminae distinctis thalamis gaudent.
    Flores masculi & feminei in eadem specie.

21. MONOECIA.	23. POLYGAMIA.
22. DIOECIA.	

- CLANDESTINAE.
  Nuptiae clam instituuntur.
  Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.
  24. CRYPTOGAMIA.

CLAS-

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA. a μόνος unicus, & ἀνὴρ maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA.
Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA.
Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA.
Mariti quatuor in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
(*Si Stamina* 2 *proxima breviora sunt*, *referatur ad Cl.* 14.)

V. PENTANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA.
Mariti ſex in eodem conjugio.
Stamina ſex in flore hermaphrodito.
(*Si ex bis Stamina* 2 *oppoſita breviora*, *pertinet ad Cl.* 15.)

VII. HEPTANDRIA.
Mariti ſeptem in eodem conjugio.
Stamina ſeptem in flore eodem cum piſtillo.

VIII. OCTANDRIA.
Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.

IX. ENNEANDRIA.
Mariti novem in eodem thalamo cum femina.
Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA.
Mariti decem in eodem conjugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI. DODECANDRIA.
Mariti duodecim ad novendecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novendecim *in flore hermaphrodito.*

XII. ICOSANDRIA. ab εἴκοσι viginti & ἀνήρ.
Mariti viginti communiter, ſaepe plures.
Stamina (non receptaculo) *calycis lateri interno adnata.*

XIII. POLYANDRIA. a πολὺς & ἀνήρ.
Mariti viginti & ultra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inserta *a* 20 *ad* 1000 *in eodem, cum pistillo, flore.*

XIV. DIDYNAMIA. a δὶς bis, & δύναμις potentia.
Mariti quatuor, quorum 2 longiores, & 2 breviores.
Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.

XV. TETRADYNAMIA.
Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.
Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita breviora.

XVI. MONADELPHIA. a μόνος unicus, & ἀδελφὸς frater.
Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt.
Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVII. DIADELPHIA.
Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

XVIII. POLYADELPHIA.
Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt.
Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.

XIX. SYNGENESIA. a σὺν simul, & γένεσις generatio.
Mariti genitalibus foedus constituerunt.
Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.

XX. GYNANDRIA. a γυνὴ femina, & ἀνὴρ maritus.
Mariti cum feminis monstrose connati.
Stamina pistillis (non receptaculo) *insident.*

XXI. MONOECIA. a μόνος unicus, & οἰκία domus.
Mares habitant cum feminis in eadem domo, sed diverso thalamo.
Flores masculi & feminei in eadem planta sunt.

XXII. DIOECIA.
Mares & feminae habitant in diversis thalamis & domiciliis.
Flores masculi in diversa planta a femineis prognascuntur.

XXIII. POLYGAMIA. a πολὺς, & γάμος Nuptiae.
Mariti cum uxoribus & innuptis cohabitant in distinctis thalamis.
Flores hermaphroditi & masculi aut feminei in eadem specie.

XXIV.

XXIV. CRYPTOGAMIA. a κρυπτὸς occultus, & γάμος Nuptiae.
Nuptiae clam celebrantur.
Flores intra fructum vel singulari modo occultati.

ORDINES a Feminis seu Pistillis, ut classes a Maribus seu Staminibus, desumuntur; in Classi Syngenesiae autem a caeteris differunt Ordines, e. gr.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia, &c. a γυνὴ femina, praepositis numeris graecis μόνος, δὶς, τρεῖς, τέσσαρες, &c.

i. e. *Pistillum* 1. 2. 3. 4. *&c. Numeris hic pistilli desumitur a Basi styli; si stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA AEQUALIS constat multis nuptiis, conjugiis pura contrahentibus.

i. e. *ex multis flosculis, staminibus & pistillis instructis. Flores ejusmodi maximam partem vulgo* Flosculosi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum discum occupant, & ambitum cingunt thalami concubinarum maritis destitutarum, ut a maritis uxoratis foecundentur.

i. e. *ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, & marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo:*

(*a*) SUPERFLUA, cum feminae maritatae fertiles sunt & familiam propagare queunt: adeo ut concubinarum auxilium videatur superfluum.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur & semina proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.*

(*b*) FRUSTRANEA, cum feminae maritatae fertiles sunt & speciem propagare queunt; Concubinae autem ob defectum vulvae, veluti castratae, impraegnari nequeunt.

i. e. *cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur & semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.*

(*c*) NECESSARIA, cum feminae maritatae, ob genitalium labem & vulvae defectum steriles, familiam propagare nequeunt; concubinis a maritis feminarum foecundatis, uxorum locum supplentibus, sobolemque laete propagantibus.

i. e.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum ſtigmatis piſtilli, ſemina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio ſemina perfecta proferunt.*

(*d*) SEGREGATA, cum thalami plurium, cujuscumque ſexus & conjugii, ita uniuntur, ut unicum Thalamum communem conſtituant.

i. e. *cum calyces floriferi plures comprehenduntur a communi calyce, ut unicum florem conficiant.*

CLAS-



CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Scitamine, inferae:* Fructu loculari infero.

2. AMOMUM. *Corolla* 3-partita, labio ovato. [4]
6. CURCUMA. *Cor.* 4-partita: labio ovato. *Stam.* 4 sterilia. [2]
8. THALIA. *Cor.* 5-partita. *Drupa* Nucleo 2-loculari. [1]
.MARANTA. *Cor.* 5-fida, ringens: labio 2-partito magno. [2]
7. KAEMPFERIA. *Cor.* 6-partita: labio 2-partito, plano. [2]
1. CANNA *Cor.* 6-partita: labio 2-partito revoluto. *Cal.* 3phyllus. [3]
4. ALPINIA. *Cor.* 6-fida ventricosa: lobis lateralibus 2 emarginatis. [1]
3. COSTUS. *Cor.* ringens: labio 3-fido: media emarginata. [1]

† *Valeriana rubra*, *Calcitrapa.*

** *Monospermae.*

9. BOERHAVIA. *Calyx.* o. *Cor.* 1-petala, campanulata. [6]
11. HIPPURIS. *Cal.* o. *Cor.* o. [1]
10. SALICORNIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. [5]

DIGYNIA.

* *Plantae.*

12. CORISPERMUM. *Cal.* o. *Cor.* 2-petala. *Semen* 1. [2]
13. CALLITRICHE. *Cal.* o. *Cor.* 2-petala. *Capsula* 2-locularis. [2]
14. BLITUM. *Cal.* 3-fidus baccatus. *Cor.* o. *Semen* 1. [2]

* * *Gramineae.*

15. CINNA. *Cal.* Gluma 1-flora. *Cor.* Gluma 2-valvis. [1]

MONO-

MONOGYNIA.

1. CANNA. *Corolla* 6-partita, erecta: labio bipartito, revoluto. *Stylus* lanceolatus, corollae adnatus. *Calyx* 3-phyllus.
Sp. pl. 1.

indica. 1. C. foliis ovatis utrinque acuminatis nervosis.

2. AMOMUM. *Cor.* 4-fida: lacinia prima patente.
1.

Zingiber. 1. A. scapo nudo, spica ovata. Ingber.
Zerumbet. 2. A. scapo nudo, spica oblonga obtusa.
Cardamomum. 3. A. scapo simplicissimo brevissimo, bracteis alternis laxis. Kardamomen.
Gr. Par. 4. A. scapo ramoso brevissimo.

6. CURCUMA. *Stamina* 4 sterilia, quinto fertili.
a

rotunda. 1. C. fol. lanceolato-ovatis: nervis lateralibus rarissimis. Gilbwurz. Kurkumey.
longa. 2. C. fol. lanceolatis: nervis lateralibus numerosissimis.

7. KAEMPFERIA. *Cor.* 6-partita: laciniis 3 majoribus patulis, unica bipartita.
3.

Galanga. 1. K. fol. ovatis sessilibus. Galgant.

10. SALICORNIA. *Cal.* ventriculosus, integer. *Petala* o. *Sem.* 1.
5.

herbacea. 1. S. herbacea patula articulis apice compressis emarginato-bifidis. Glasschmalz.
fruticosa. 2. S. caule erecto fruticoso.

11. HIPPURIS. *Cal.* o. *Petala* o. *Stigma* simplex. *Sem.* 1.
6.

* *vulgaris.* 1. Hippuris. Thannwedel.

DIG-

DIGYNIA.

13. CALLITRICHE. *Cal.* o. *Petala* 2. *Capsula* 2-
6. locularis, 4-sperma.

* *verna.* 1. C. fol. superioribus ovalibus, flor. androgynis.
* *autumnalis* 2. C. fol. omnibus linearibus apice bifidis, flor. hermaphroditis. Alsine aquatica minor f. fluitans. *Baub. pin.* 257.

14. BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Petala* o. *Sem.* 1, ca-
6. lyce baccato.

capitatū. 1. B. capitellis spicatis terminalibus.
virgatū. 2. B. capitellis sparsis literalibus.

CLAS-



CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

20. Olea.	*Cor.* 4-fida: *Drupa.* [3]
21. Chionanthus.	*Cor.* 4-fida. laciniis longissimis. [2]
19. Phillyrea.	*Cor.* 4-fida. *Bacca* 1-sperma. [3]
18. Ligustrum.	*Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma. [1]
22. Syringa.	*Cor.* 4 fida: lacin. linearibus. *Capsula* 2-locular. [2]
1240. Dialium.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* nullus. [1]
23. Eranthemum.	*Cor.* 5-fida: laciniis obovatis, planis. *Capsula.* [1]
17. Jasminum.	*Cor.* 5-fida. *Bacca* dicocca. [6]
16. Nyctanthes.	*Cor.* 8-fida. *Bacca* dicocca. [5]

** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsularis.*

26. Paederota.	*Cor.* 4-fida. *Cal.* quinquepartitus. [2]
25. Veronica.	*Cor.* 4-partito limbo: lacinia inferiore angustiore. [34]
29. Gratiola.	*Cor.* 4-fida, irregularis. *Stam.* 4: 2 sterilia. [4]
1233. Schwenkia.	*Cor.* subaequalis: ore plicato-stellato, glandulofo. *Stam.* 3 sterilia. [1]
27. Justicia.	*Cor.* ringens. *Capsula* ungue elastico. [21]
28. Dianthera.	*Cor.* ringens, *Antherae* 2 in singulo filamento. [2]
30. Pinguicula.	*Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 5-fidus. [4]
31. Utricularia.	*Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus. [8]
	† *Bignonia Catalpa.*

*** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus gymnospermi.*

32. Verbena.	*Cor.* subaequalis. *Cal.* lacinia suprema breviore. [16]
33. Lycopus.	*Cor.* subaequalis. *Stam.* distantia. [2]
34. Amethystea.	*Cor.* subaequalis: lacinia infima concava [1]
36. Ziziphora.	*Cor.* ringens: galea reflexa. *Cal.* filiformis. [4]

37. Mon-

37. MONARDA. *Cor.* ringens: galea lineari obvolvente genitalia. [5]

38. ROSMARINUS *Cor.* ringens: galea falcata. *Stam.* curva. [1]

39. SALVIA. *Cor.* ringens. *Filamenta* transverse pedicellata. [38]

35. CUNILA. *Cor.* ringens: galea plana. *Stam.* 4: 2 rudimenta. [3]

40. COLLINSONIA. *Cor.* subringens: labio capillari-multifido. [1]

**** *Flores superi.*

41. MORINA. *Cal. fructus* dentato-aristatus; *floris* bifidus. [1]

24. CIRCAEA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 2-petala, obcordata. [2]

† *Valeriana Cornucopiae*
Boerhavia diandra, scandens, erecta.

DIGYNIA.

42. ANTHOXANTHUM. *Cal.* Gluma 1-flora, oblonga. *Cor.* Gluma aristata. [3]

TRIGYNIA.

43. PIPER. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Bacca* 1-sperma [20]



MONOGYNIA.

17. JASMINUM. *Cor.* 5-fida. *Bacca* dicocca. *Semi.*
9. arillata. *Antherae* intra tubum.
officinale. 1. J. fol. oppositis pinnatis: foliolis distinctis. Jasmin.

18. LIGUSTRUM. *Cor.* 4-fida. *Bacca* tetrasperma.
10.
* *vulgare.* 1. LIGUSTRUM. Reinweide. Hartriegel.

19. PHILLYREA. *Cor.* 4-fida. *Bacca* monosperma.
10. Steinlinde.

media. 1. P. fol. ovato-lanceolatis subintegerrimis.
angustif. 2. P. fol. lineari-lanceolatis integerrimis.
latifolia. 3. P. fol. ovato-cordatis serratis.
β. P. latifolia laevis. *Baub. Pin.* 476.

20. OLEA. *Cor.* 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa* monosperma.
11.

europaea. 1. O. fol. lanceolatis. Oelbaum.

22. SYRINGA. *Cor.* 4-fida. *Capsula* bilocularis.
11.

vulgaris. 1. S. fol. ovato-cordatis. Spanischer Flieder.
persica. 2. S. fol. lanceolatis.

24. CIRCAEA. *Cor.* dipetala. *Cal.* diphyllus, superus. *Sem.* 1. biloculare.
12.

* *lutetiana.* 1. C. caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. Waldklette.
* *alpina.* 2. C. caule prostrato, racemo unico, foliis cordatis.

25. VERONICA. *Cor.* Limbo 4-partito: lacinia infima angustiore. *Capsula* bilocularis.
12.

* *Spicatae.*

* *spicata.* 7. V. spica terminali, fol. oppositis crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo.
hybrida. 8. V. spices terminalibus, fol oppositis obtuse serratis scabris, caule erecto.
* *officinal.* 9. V. spicis lateralibus pedunculatis, fol. oppositis, caule procumbente. Ehrenpreiß.

** *Corymboso-racemosae.*

alpina. 13. V. corymbo terminali, fol. oppositis, calycibus hispidis.

* *ser-*

* *serpyllifol.* 14. V. racemo terminali subspicato, fol. ovatis glabris crenatis.

* *Becca-bunga.* 15. V. racemis lateralibus, fol. ovatis planis, caule repente. Bachbungen.

* *Anagallis.* 16. V. racemis lateralibus, fol. lanceolatis serratis, caule erecto.

* *scutellat.* 17. V. racemis lateralibus alternis: pedicellis pendulis, fol. linearibus integerrimis.

Teucrium. 18. V. racemis lateralibus longissimis, fol. ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus procumbentibus. Erdbatengel.

* *prostrata.* 22. V. racemis lateralibus, fol. oblongo-ovatis serratis, caulibus prostratis.

* *montana.* 21. V. racemis lateralibus paucifloris, calyc. hirsutis, fol. ovatis rugosis crenatis petiolatis, caule debili. *Folia subtus rubra. Hall.*

* *Chamaedrys.* 23. V. racemis lateralibus, fol. ovatis sessilibus rugosis dentatis sessilibus, caule debili. Chamanderlein. Frauenbiß.

*** *Pedunculis unifloris.*

* *agrestis.* 26. V. flor. solitariis, fol. cordatis incisis pedunculo brevioribus. *Calycina foliola ovata aequalia.*

* *arvensis.* 27. V. flor. solitariis, fol. cordatis incisis pedunculo longioribus. *Calycina foliola lanceolata inaequalia.*

* *hederifol.* 28. V. flor. solitariis, fol. cordatis planis quinquelobis.

* *triphyllos.* 29. V. flor. solitariis, fol. digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus.

verna. 30. V. flor. solitariis, fol. digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus.

29. GRATIOLA. *Cor.* irregularis. *Stamina* 2 sterilia. *Capf.* 2 locularis. *Cal.* 7-phyllus: 2 exterioribus patulis.
24.

officinal. 1. G flor. pedunculatis, fol. lanceolatis serratis. Gottesgnad.

30. PINGUICULA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* bilabiatus, 5-fidus. *Capf.* unilocularis.
25.

vulgaris. 2. P. nectario cylindraceo longitudine petali. Butterkraut.

31. UTRICULARIA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus, aequalis. *Capſ.* unilocularis.
25.

* *vulgaris.* 3. U. nectario conico, ſcapo paucifloro. Waſſerhelm.

32. VERBENA. *Cor.* infundibulif. ſubaequalis, curva. *Calycis* unico dente truncato. *Semina* 2 f. 4, nuda. (*Stam.* 2 f. 4.)
27.

* *officinalis.* 15. V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, fol. multifido-laciniatis, caule ſolitario. Eiſenkraut.

33. LYCOPUS. *Cor.* 4-fida: lacinia unica emarginata. *Stamina* diſtantia. *Semina* 4, retuſa.
30.

* *europaeus.* 1. L. foliis ſinuato-ſerratis. Waſſerandorn.

37. MONARDA. *Cor.* inaequalis: labio ſuperiore lineari filamenta involvente. *Semina* 4.
32.

fiſtuloſa. 1. M. capit. terminalibus, caule obtuſangulo.

38. ROSMARINUS. *Cor.* inaequalis, labio ſuperiore bipartito. *Filamenta* longa, curva, ſimplicia cum dente.
33.

officinalis. 1. Rosmarinus. Roſmarin.

39. SALVIA, *Cor.* inaequalis. *Filamenta* transverſe pedicello affixa.
33.

officinalis. 4. S. fol. lanceolato-ovatis integris crenulatis, flor. ſpicatis, calyc. acutis. Salbey.

nemoroſa. 10. S. fol. cordato-lanceolatis ſerratis planis, bract. coloratis, corollae labio infimo reflexo.

pratenſis. 12. S. fol. cordato-oblongis crenatis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis.

Verbenac. 14. S. fol. ſerratis ſinuatis laeviuſculis, coroll. calyce anguſtioribus.

Sclarea. 27. S. fol. rugoſis cordatis oblongis villoſis ſerratis, bracteis coloratis calyce longioribus concavis acuminatis.

DIGY-

DIGYNIA.

42. ANTHOXANTHUM. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1 flo-
40. r. *Cor.* Gluma 2-valvis, acuminata. *Sem.* 1.

* *odoratum* 1. A. spica oblonga ovata, floscul. subpedunculatis arista longioribus. Ruchgras.



TRIGYNIA.

43. PIPER. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* monosperma.

nigrum. 1. P. fol. ovatis subseptemnerviis glabris, petiolis simplicissimis. Schwarzer Pfeffer.

Betle. 2. P. fol. oblongiusculis acuminatis septemnerviis, petiolis bidentatis. Betel.

longum. 5. P. fol. cordatis petiolatis sessilibusque.





CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

44. Valeriana. *Cor.* 5-fida, baſi gibba. *Sem.* unicum. [19]

50. Melothria. *Cor.* 5-fida, rotata. *Bacca* 3-locularis. [1]

55. Crocus. *Cor.* 6-petaloidea, erecto-patula. *Stigmata* convoluta, colorata. [1]

59. Iris. *Cor.* 6-petaloidea: Pet. alternis reflexis. *Stigma* petaloideum. [22]

60. Moraea. *Cor.* 6-petaloidea: Pet. omnibus patulis. [3]

58. Antholyza. *Cor.* 6-fida, tubuloſa recurvata. [4]

57. Gladiolus. *Cor.* 6-petaloidea: Pet. ſuperioribus 3 convergentibus. [12]

56. Ixia. *Cor.* 6-petaloidea, patens. *Stigm.* 3, ſimplicia. [13]

** *Flores inferi.*

61. Wachendorfia. *Cor.* 6-petaloidea, patens. *Cal.* nullus. [2]

62. Commelina. *Cor.* 6-petala: Petalis 3 ſ. 4. calyciformibus. *Nectaria* cruciata, petiolata. [9]

54. Hippocratea. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 3, bivalves. [1]

52. Loeflingia. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 1-locularis. [1]

46. Tamarindus. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 4-partitus. *Legum.* ſucculentum. [1]

63. Callisia. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* 2-locularis. [1]

47. Rumphia. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-fidus. *Drupa* nucleo 3-loculari. [1]

48. Cneorum. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-dentatus. *Bacca* 3-cocca. [1]

64. Xyris.

64. XYRIS.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 2-valvis. *Capſ.* 3-locular. [1]
49. CAMOCLADIA.	*Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus. *Stylus.* o. *Drupa.* [2]
45. OLAX.	*Cor.* 3-fida. *Cal.* integer. *Glans.* [1]
51. ORTEGIA.	*Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 1-locular. [1]
53. POLYCNEMUM.	*Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus, ſubtus 3-phyllus. *Sem.* 1, nudum. [1]

*** *Flores Graminei valvulis Glumæ calycinæ.*

65. SCHOENUS.	*Cor.* nulla. *Cal.* paleis faſciculat. *Sem.* ſubrotund. [12]
66. CYPERUS.	*Cor.* nulla. *Cal.* paleis diſtichis. *Sem.* nudum. [22]
67. SCIRPUS.	*Cor.* nulla. *Cal* paleis imbricatis. *Sem.* nudum. [27]
68. ERIOPHORUM.	*Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* lanigerum. [5]
69. NARDUS.	*Cor.* bivalvis. *Cal.* nullus. *Sem.* tectum. [4]
70. LYGEUM.	*Cor.* 2, bivalves. *Cal.* Spatha. *Sem.* 2-locular. [1]

DIGYNIA.

* *Flores uniflori vagi.*

71. BOBARTIA.	*Cal.* multivalvis, imbricatus. [1]
76. PANICUM.	*Cal.* 3-valvis: tertio dorſali minore. [30]
72. CORNUCOPIAE.	*Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis. *Involucr.* commune 1-phyllum, multiflorum. [2]

GRAMINA *reliqua ſecundum ſexum diſpoſita.*

Polygamia.	Monoecia 3.	Hexandria.
Aegilops	3. *Olyra*	*Oryza.*
Cenchrus	*Coix*	Diandria.
Iſchaemum	*Triculum*	*Anthoxanthum,*
Apluda	6. *Zizania*	
Holcus	*Pharus*	Monandria.
Andropogon		*Cinna.*

94. ARISTIDA. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis apice ariſtis 3. [3]
78. ALOPECURUS. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis apice ſimplici. [7]
77. PHLEUM. *Cal.* 2-valvis truncatus, mucronatus, ſeſſilis. [5]
74. PHALARIS. *Cal.* 2-valvis: valvis carinatis, aequalibus, corollam includentibus. [9]
75. PASPALUM. *Cal.* 2-valvis: valvis ſubrotundis figura corollae. [5]
79. MILIUM. *Cal.* 2-valvis: valvis ventricoſis corolla majoribus. [5]
80. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis; valvis acutis corolla brevioribus [20]
86. DACTYLIS. *Cal.* 2-valvis: valva majore longiore compreſſa carinata. [3]
90. STIPA. *Cal.* 2 valvis. *Corolla* ariſta terminali inarticulata. [8]
92. LIGURUS. *Cal.* 2-valvis villoſus. *Cor.* ariſtis 2 terminalibus et 1 dorſali. [2]
73. SACCHARUM. *Cal* nullus ejusque loco lanugo. [2]

† ***Arundo epigejos, calamagroſtis, arenaria.***

** *Flores biflori vagi.*

81. AIRA. *Cal.* 2-valvis. *Floſculi* absque rudimento tertii. [14]
82. MELICA. *Cal.* 2-valvis. *Rudimento* tertii inter floſculos. [5]

† ***Tripſacum hermaphroditum.***

*** *Flores multiflori vagi.*

85. UNIOLA. *Cal.* multivalvis, carinatus. [4]
84. BRIZA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* cordata; valvis ventricoſis. [5]
83. POA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* ovata; valvis acutiuſculis. [23]
88. FESTUCA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga; valvis mucronatis. [16]
89. BROMUS. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis ſub apice ariſtatis. [20]

91. AVE-

91. AVENA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis dorso arista contorta. [16]

93. ARUNDO. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* basi lanata, mutica. [6]

* *Dactylis glomerata.*

**** *Flores multiflori, insidentes Receptaculi elongati dentibus.*

97. SECALE. *Cal.* oppositus, biflorus, bivalvis, solitarius. [4]

99. TRITICUM. *Cal.* oppositus, multiflorus, bivalvis, solitarius. [11]

98. HORDEUM. *Cal.* lateralis, uniflorus, bivalvis, ternus. [8]

96. ELYMUS. *Cal.* lateralis, multiflorus, bivalvis, binus ternusve. [9]

95. LOLIUM. *Cal.* lateralis, multiflorus, univalvis, solitarius. [3]

87. CYNOSURUS. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Recept.* proprium unilaterale, foliaceum. [10]

TRIGYNIA.

* *Flores inferi.*

104. HOLOSTEUM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* apice dehiscens. [4]

105. POLYCARPON. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 3-valvis. [1]

109. LECHEA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Caps.* 3-cocca. [2]

100. ERIOCAULON. *Cor.* 3-petala. *Cal.* composit. *Sem.* 1, coronatum corolla. [5]

101. MONTIA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Caps.* 3-valvis, 3-sperma [1]

106. MOLLUGO. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 3-locularis. [5]

107. MINUARTIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 1-locularis, polysperma. [3]

108. QUERIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Caps.* 1-sperma. [2]

1241. KOENIGIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-phyllus. *Sem.* 1, ovatum. [1]

103. TRIPLARIS. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-partitus. *Sem.* 1, calyce foliaceo patente. [1]

* *Tillea.*

** *Flores superi.*

102. PROSERPINACA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-partitus, superus. *Sem.* 1. triloculare [1]



MONOGYNIA.

44. VALERIANA. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, basi hinc gibba, supera. *Sem.* 1.
44.

rubra. 1. V. flor. monandris caudatis, fol. lanceolatis integerrimis.
calcitrap. 2. V. flor. monandris, fol. pinnatifidis.
* *dioica.* 4. V. flor. triandris dioicis, fol. pinnatis integerrimis.
* *officinal.* 5. V. flor. triandris, fol. omnibus pinnatis. Baldrian.
Phu. 6. V. flor. triandris, fol. caulinis pinnatis; radicalibus indivisis.
* *Locusta.* 16. V. flor. triandris, caule dichotomo, fol. linearibus. Rapunzgen.
* *olitoria.* α. fructu simplici.
vesicaria. β. calycibus inflatis: dent. 6 inflexis; involucella 5-phylla, 3-flora.
coronata. γ. fructu sexdentato.
discoidea. δ. fructu duodecim-dentato, hypocrateriſ. acuminibus retrorsum uncinatis.
* *dentata.* ε. seminis corona tridentata.
radiata. ζ. involucro flores cingente.
pumila. η. caul. dichotomo, fol. imis dentatis: summis linearibus multifidis.

45. TA-

46. TAMARINDUS. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 3. *Nectarium* setis 2 brevibus sub filamentis. *Legumen* pulposum.
48.

indica. 1. TAMARINDUS. Tamarinden.

55. CROCUS. *Cor.* 6-partita, aequalis. *Stigmata* convoluta.
50.

sativus. 1. C. spatha univalvi radicali, corollae tubo longissimo. Safran.
officinalis. α. autumnalis *fol. angustioribus margine revolutis.*
vernus. β. vernalis *fol. latioribus margine patulo.*

56. IXIA. *Cor.* 6-petala, patens, aequalis. *Stigmata* 3. erectiusculo-patula.
51.

rosea. 12. I. scapo unifloro aphyllo brevissimo.
Bulbocodium. 1. I. scapo unifloro brevissimo, fol. angulatis caulinis, stigmatibus sextuplicibus.
chinensis. 9. I. fol. ensiformibus, panic. dichotoma, flor. pedunculatis.

57. GLADIOLUS. *Cor.* 6-partita, ringens. *Stamina* adscendentia.
52.

commun. 1. G. fol. ensiformibus, flor. distantibus. Siegwurz.

59. IRIS. *Cor.* 6-partita; *Petalis* alternis reflexis. *Stigmata* petaliformia.
55.

* *Barbatae: nectariis petalorum reflexorum.*

susiana. 1. I. corolla barbata, caule foliis longiore unifloro.
florentina. 2. I. corollis barbatis, caule foliis altiore subbifloro, floribus sessilibus.
germanica. 3. I. corollis barbatis, caul. foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. Schwerdtel; blaue Lilie.

** *Imberbes: petalis deflexis laevibus.*

pseud-

* *pseud-Acorus.* 10. I. coroll. imberbibus, petalis interioribus stigmate minoribus, fol ensiformibus. Wasserschwerdtel, gelbe Wasserlilie.

Xiphium. 20. I. coroll. imberbibus, flor. binis, fol. subulato-canaliculatis caule brevioribus.

60. MORAEA. *Cor.* hexapetala; *Petala* 3 interiora 59. patentia; reliqua Ireos.

vegeta. 1. M. fol. canaliculatis.
juncea. 2. M. fol. subulatis.

65. SCHOENUS. *Glumae* paleaceae, univalves, con- 62. gestae. *Cor.* o. *Sem.* 1, subrotundum inter glumas.

* *Culmo tereti.*

* *Mariscus.* 1. S. culmo tereti, fol. margine dorsoque aculeatis. Stachlichtes Knopfgras.

nigricans. 5. S. culmo tereti nudo, capit. ovato, involucri diphylli valvula altera subulata longa.

** *Culmo triquetro.*

* *albus.* 12. S. culmo subtriquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. setaceis. Knopfgras.

66. CYPERUS. *Glumae* paleaceae, distiche imbrica- 66. Cyperngras. tae. *Cor.* o. *Sem.* 1. nudum.

esculent. 7. C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis.

odoratus. 13. C. culmo triquetro nudo, umbella decomposita simpliciter foliosa, pedicellis distiche spicatis.

* *flavesc.* 15. C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis.

67. SCIRPUS. *Glumae* paleaceae, undique imbricatae. 70. Binsen. *Cor.* o. *Sem.* 1, imberbe.

* *Spica unica.*

* *palustris.* 2. S. culmo tereti nudo, spica subovata terminali.

* cae-

* *cespitos.* 6. S. culmo striato nudo, spica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus squamula interstinctis.

** *Culmo tereti polystachio.*

* *lacustris* 9. S. culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus.

*** *Culmo triquetro, Panicula nuda.*

mucronatus. 15. S. culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus.

**** *Culmo triquetro, Panicula foliacea.*

* *maritim.* 21. S. culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata.

* *sylvatic.* 24. S. culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spic. confertis.

68. ERIOPHORUM. *Glumae* paleaceae, undique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1. *Lana* longissima cinctum.
76. Wollgras, Dunngras.

vaginatum. 1. E. culmis vaginatis teretibus, spica scariosa.
* *polystach.* 2. E. culm. teretibus, fol. planis, spicis pedunculatis.

69. NARDUS. *Cal.* o. *Cor.* 2-valvis.
77. Borstengras.

* *stricta.* 1. N. opica setacea recta secunda.



DIGYNIA.

73. SACCHARUM. *Cal.* o. sed lanugo longa. *Cor.* 2-valvis.
79.

officinar. 1. S. floribus paniculatis. Zucker.

74. PHA-

74. PHALARIS. *Cal.* 2-valvis, carinatus, longitudi-
